[k] interstitiis *C′C′′s′*
[l] *aus* igitur *verb. C′, davor* igitur *gestrichen C′′*
[m] *aus* in *verb. C′C′′*
[n] sursum *s′,* rursum *nachträglich in* versum *verb. C′C′′*
[o] sursum *C′C′′s′*
[p] Danlo *s,* Daulo *nachträglich in* Danlo *verb. C′C′′*
[q] Daulo *C′C′′, nachträglich in* Danlo *verb.*
[r] Nortberg *C′C′′*
[s] Nortberg *C′C′′*
[t] *nachträglich eingefügt C′*
[u] Flotuuide *C′′*
[v] Flotuuide *C′′*
[w] Honouir *C′C′′*
[x] Honouir *C′C′′*
[y] sursum *C′C′′*
[z] *zweites* i *nachträglich wohl aus* e *verb. C′*
[aa] *zweites* i *nachträglich wohl aus* e *verb. C′*
[bb] Moguntiam *C′C′′s′, in C′* o *aus* a *nachträglich verb.*
[cc] h *in C′ nachträglich eingefügt*
[dd] igitur *C′*
[ee–ee] *so s,* Henrici Henrici *C′,* Henrici Heinrici *C′′, nur* Heinrici *s′*
[ff] hoc *C′C′′*
[gg] *so C′C′′ss′, vielleicht statt* Czelle *im Original mit hohem zweistöckigen* z
[hh] Nortberg *C′C′′s′, in C′ nachträglich in* Nortburg *verb.*
[ii] Homberg *C′C′′, in C′ nachträglich in* Honberg *verb.,* Honberg *s′*
[jj] pertinentiis *C′C′′s′, in C′ nachträglich in* pertinenciis *verb.*
[kk] Eimbecke *C′, nachträglich in* Eimbeke *verb.,* Einbecke *C′′*
[ll] Aldinuels *C′′s′*
[mm] pernumerata *nachträglich aus* enumerata *verb. C′*
[nn] parte *C′′, nachträglich in* parti *verb.*
[oo–oo] *fehlt s′*
[pp] *C′C′′* Westphalia*, in C′ nachträglich in* Wesfalia *verb., s ursprünglich* Wesfalia*, durch Verlängerung des Mittelbalkens von* f *nach links* t *nachträglich ergänzt,* Wesfalia *s′*
[qq] Dithmartia *C′,* Ditmarsia *s′*

iure feodali respectu aliorum feodorum, preter hec predium in Wortsacia[rr] et omnes ministeriales, qui sunt infra terminos istos[ss]. Intererant autem huic nostre divisioni principes: Hartbertus venerabilis Hildinshemensis[tt] ecclesie[uu] episcopus, Widekint[vv] Chorbensis abbas, Heribertus Werdenensis abbas; laici nobiles: Simon[ww] comes de Tekkinborch[xx], Bernardus[yy] de Wilpa, Heinricus[zz] comes de Stumpinhusin[aaa], Cunradus[bbb] de Dikka et filius eius, Hermannus de Lippa, Heinricus[ccc] de Danne; ministeriales: Cunradus[ddd] de Wilre dapifer regis, Simon[eee] Aquensis camerarius, Livdolfus[fff] de Esebeke[ggg] et frater eius Baldewinus[hhh], Basilius de Ostirrode[iii], Fridericus[jjj] marscalcus[kkk], Eilardus[lll] de Oberge, Livdolfus[mmm] de Bortvelde[nnn], Otrauinus[ooo] de Rotdorp[ppp], Erewicus[qqq] de Vtissen, Hartungus[rrr] de Rotinkirche et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°III° [sss], indictione quinta[ttt], anno vero regni nostri IIII° [uuu]. Ut autem hec divisio nec a nobis nec ab aliquo successorum seu heredum nostrorum in posterum unquam retractari valeat, presens scriptum hinc inde conscribi et nostri ac fratris nostri Gvillehelmi[vvv] impressione communiri precepimus sigillorum.[www]

[rr] Wortsatia *C′C′′s′, in C′ nachträglich in* Wortsacia *verb.*
[ss] ipsos *s′*
[tt] Hildessemensis *C′C′′s′, in C′ nachträglich in* Hildinshemensis *verb.*
[uu] *fehlt s′*
[vv] Widikint *C′′,* Wedekint *s′*
[ww] Symon *C′s′, in C′ nachträglich in* Simon *verb.*
[xx] Tekkinburg *s*
[yy] Berenhardus *C′,* Bernhardus *C′′s′*
[zz] Henricus *C′, nachträglich in* Heinricus *verb.*
[aaa] Strumpinhausen *s′*
[bbb] Conradus *C′C′′*
[ccc] Henricus *C′*
[ddd] Conradus *C′C′′*
[eee] Symon *C′s′, in C′ nachträglich in* Simon *verb.*
[fff] Ludolphus *C′C′′,* Liudolphus *s′*
[ggg] Esebecke *C′*
[hhh] Baldeuuinus *C′*
[iii] Osterode *C′C′′, in C′ nachträglich in* Ostirrode *verb.,* s *wohl aus* t *verb. s*
[jjj] Fredericus *C′, nachträglich in* Fridericus *verb.*
[kkk] marschalcus *C′C′′, in C′ nachträglich in* marscalcus *verb.,* marschalckus *s′*
[lll] Elardus *C′′*
[mmm] Ludolphus *C′C′′, in C′ nachträglich in* Liudolfus *verb.,* Liudolphus *s′*
[nnn] Bortfelde *C′C′′, in C′ nachträglich in* Bortuelde *verb.,* Bortuelde *s′*
[ooo] Ottrauinus *s′*
[ppp] Rottorp *C′*
[qqq] Ereuuicus *C′C′′*
[rrr] Harttungus *C′′*
[sss] MCCIII *C′,* M°CC°III *C′′*
[ttt] V[a] *C′,* V° *s*
[uuu] IIII *C′*
[vvv] Guillehelmi *C′s′,* Guilhelmi *C′′*
[www] *Nachzeichnungen der Siegel König Ottos und Herzog Wilhelms s.*

BFW 223.

Otto beurkundet, dass die von ihm zusammengerufenen und mit der Teilung der Länder bevollmächtigten Fürsten und Ministerialen seinem Bruder W i l h e l m Lüneburg mit der gesamten Provinz innerhalb der angegebenen Grenzen und mit den genannten Städten zugesprochen haben.

Paderborn, 1202 (wohl Mai)

Abschrift von 1689 im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Celle Br. 104b Nr. 111/5, fol. 58v-59v (D). – Abschrift des 18. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, IV Hs 26/2, fol. 2v-3v (E). – Abschrift des 18. Jh. ebenda, IV Hs 3/1, fol. 8r-9r (F) aus einem heute verlorenen Kopialbuch.

Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 853 Nr. 352 (s) aus einem heute verlorenen Kopialbuch = (Knesebeck), Urk. und Reg. 1, S. 52 Nr. 47, = Böttger in: Zs. des Historischen Vereins für Niedersachsen 26, S. 72 Textauszug.

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 143 Nr. 12. – Meklenburgisches UB 1, Nr. 172B (mit kurzem Textauszug und Wiedergabe der Datierung). – Arnstedt in: Zs. des Harzvereins 4, S. 174 und S. 179 (Erwähnungen). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 549 Nr. 572 (mit Wiedergabe einiger Zeugennamen und der Datierung). – BFW 223.

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad notitiam omnium pervenire volumus, quod nos inherentes vestigiis patrum nostrorum, qui res gestas, ne traderentur oblivioni, scripture mandarunt, ea, que a nobis et a fratribus nostris in dividenda hereditate sunt facta, ut firmitatem et perpetuum robur obtineant, nostro authentico scripto fecimus annotari. Itaque convocatis principibus et ministerialibus nostris, quia[a] possessiones nostras bene noverunt[b], plenam de ipsis possessionibus faciendi divisionem contulimus potestatem, qui amicabiliter et pacifice inter nos talem fecerunt divisionem, quod Luneborch et tota provincia a Luneborch usque ad fluvium Seuena[c] et ab eo loco, ubi Seuena[d] influit Albiam, quicquid est ultra Albiam usque ad mare, et usque ad Slauiam[e] proprietatis et citra Albiam ab eo loco, ubi Seuena[f] propius[g] est Danlo, usque Danlo et a Danlo usque Witenghe[h], a Witenge[i] vero usque Swibeke, a Swibeke usque Wadenberch[j], a Wadenberge usque Waghersleue[k], a Waghersleue[l] usque in montem, qui dicitur Hart, et Reynbeke[m] in[n] partem[n] fratris nostri Wilhelmi cesserunt. Preterea quicquid est proprietatis a terminis predictis versus orientem, quod[o] pater noster possederat, Wilhelmi est. Hec sunt nomina urbium: Leuwenborch[p], Blankenborg[q], Regenstein[r],

---

[a] qui *s*
[b] noverant *E*
[c] Syvena *EF*
[d] Syvena *EF*
[e] Slaviam *DF*
[f] Syvena *EF*
[g] proprius *DF, in F zweites* r *nachträglich gestrichen*
[h] Withengen *EF*
[i] Witengen *EF,* Witenghe *s*
[j] Wadenborch *E,* Wadenburch *F*
[k] Wagersleue *s*
[l] Wagersleue *s*
[m] Reymbeke *EF*
[n–n] a parte *E*
[o] que *E*
[p] Leuwenb(ur)g *E,* Leuwenburg *F*
[q] Blankenb(ur)g *E,* Blankenburg *F,* Blankenborch *s*
[r] Reghensteyn *E,* Reghenstein *F*

Heymeborch[s], Heddisakkere[t], Dalenborch[u], Berghe, Luchow, Dannenberg[v], Brome, Nienwalde, insuper omnis proprietas, que est in Marchia, et tota proprietas Haldensleuen[w] et proprietas tota in Nendorp et omnes ministeriales, qui infra prefatos terminos commorantur, preter Iordanem et Iusarium[x] et Annonem. Huius rei testes sunt: episcopus Paderburnensis[y] Bernardus et Hartbertus[z] Hildesemensis[aa] episcopus, Herbertus abbas Werdinensis, Widekindus abbas Corbiensis, Simon[bb] comes de Tykneburch[cc], Bernardus comes de Wilpa, Henricus comes de Stumpenhusen[dd], Hermannus de Lippia, Conradus de Dicka, Henricus de Danne, Conradus de Willere[ee], Simon[ff] Aquensis; ministeriales quoque nostri: Ludolphus[gg] de Esebeke et Baldewinus frater eius, Basilius de Osterode, Fridericus de Volkmarode[hh], Eylardus de Oberghe, Ludolphus[ii] de Bortuelde[jj], Ottravenus[kk] de Rothorp, Hartwicus de Willestorp[ll], Hartungus de Rodinkerchen, Herwicus de Uttense[mm].

Acta sunt hec apud Paderburne[nn] anno dominice incarnationis[oo] MCCIII, indictione quinta, presidente sancte[pp] Romane ecclesie papa Innocentio huius nominis tertio, regnante serenissimo domino Ottone quarto Romanorum rege et semper augusto.

---

[s] Heymenb(ur)g *E,* Heymenburg *F*
[t] Heddesakkere *EF*
[u] Dalenb(ur)g *E,* Dalenburg *F*
[v] Dannenb(ur)g *E*
[w] *so s,* Haluensleven *D,* Haldesleue *EF*
[x] Iosarium *E, verb. F*
[y] Padherbnr *mit Kürzungsstrich über* nr *E,* Padherburgensis *F*
[z] *so s,* Harbernus *DEF*
[aa] Hildensem(ensis) *E,* Hildensemensis *Fs*
[bb] Symon *EF*
[cc] Tykneborch *E,* Tekeneburch *s*
[dd] Stumpenhuss *F*
[ee] Wilre *EF*
[ff] Symon *EF*
[gg] Ludolfus *EF*
[hh] Volcmarode *EF*
[ii] Ludolfus *EF*
[jj] Borthuelde *E,* Borthvelde *F*
[kk] Othravenus *EF,* Ottrauenus *s*
[ll] Wildestorp *EF*
[mm] Uttesheym *EF,* Vttense *s*
[nn] Padburne *EF*
[oo] *folgt überflüssig* a *D*
[pp] *fehlt Ds.*

*** - .** ***unsicher***

Otto schließt mit König Johann von England einen Bündnisvertrag zur gegenseitigen Unterstützung.

(wohl La Suze-sur-Sarthe (?), 1202 September 8)

In einem Brief Ottos an Papst Innocenz III. von 1202 September – November (ed. Kempf, Regestum Innocentii III papae, S. 220f. Nr. 81; BFW 228) heißt es: … nos cum … rege Anglie sumus confederati, ita, quod ipse contra omnes homines in rebus et in pecunia nobis subvenire tenetur una cum regno suo et nos ei salvo honore et honestate Romane ecclesie, cui nos et ipse numquam deerimus.

BZ 34.

Otto gibt Graf Heinrich (III.) von Sayn zum Dank für die Treue und Gefolgschaft dessen Vaters, und, falls Heinrich ohne Erben sterben sollte, dessen Schwestern Adelheid und Agnes die Hälfte der Burg Saffenburg und das Dorf Bodendorf zu Lehen.

Braunschweig, (Mai – Maastricht, September) 1202

Abschrift von ca. 1336/37 im Clever Kopiar im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Duisburg (Abt. Rheinland), A III Nr. 2, fol. 1r–1v (C).

Zinsmaier in: ZGORh 95 (=NF 56), S. 637 Nr. 1 aus C. – Schleidgen, Kopiar S. 111 aus C, mit Regest S. 51 Nr. 3.

Schleidgen, Kopiar S. 110 (Abb. fol. 1r von C).

von Steinen, Westphälische Geschichte 4, S. 322 (mit Anführung einiger Zeugennamen). – Krömecke, Die Grafen von Dortmund S. 41 (Erwähnung). – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 3/2, Nachtrag S. 324 Nr. 1609a. – Rübel, Dortmunder UB Erg.bd. 1, Nr. 81. – Frick, Quellen Bad Neuenahr Nr. 272 (mit Anführung der ersten Hälfte der Zeugenreihe). – Finger in: Annalen des Historischen Vereins für den Niederrhein 197, S. 43 mit Anmerkung 80. – BZ 34.

In nomine sancte et individue[a] trinitatis. Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus fideli suo[b] Henrico comiti de Seyna in perpetuum. Maiestatem decet regiam obsequia suorum[c] fidelium memoriter retinere et ea, si non potest in patribus, saltem in prole remunerare, ut sic prosit[1] generi, quod paterna potuit devotione prestari[1]. Eapropter, dilecte Henrice comes de Seyna, retinentes memoriter devotionem et obsequia, que a bone memorie patre tuo Henrico comite recepimus et ea volentes in te remunerare, quia in eo sua morte interveniente nequivimus, medietatem castri in Saffinberch cum villa Bu%odendorp, quam Albertus de eodem castro a nobis tenebat, tibi tuisque sororibus Aleydi et Agneti, si te premori contigerit absque legitimo herede, concedimus iure feodi perpetuo possidendam statuentes, ut nullus archyepiscopus, nullus episcopus, nullus [dux][d], nullus comes, nullus marchyo, nulla ecclesiastica secularisve, nulla denique humilis aut alta persona super eodem castro et villa prefata te vel tuas sorores seu vestros legitimos successores indebite audeat molestare. Ut autem a posteris hoc cognoscatur et ab omnibus[e] conservetur illesum, hanc nostre concessionis paginam fecimus conscribi et sigilli nostri inpressione muniri. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, nostre serenitatis indignationem se noverit incursurum et centum libras puri auri componat, quarum medietas in nostram cameram devolvatur, reliqua cum restauratione dampni conferatur iniuriam passo. Testes: Sifridus archyepiscopus Mogunt(inensis), Adolfus Coloniensis archyepiscopus, Harmannus Monasteriensis episcopus, Hartbertus Hildensh(eimensis) episcopus, Bernardus Paderb(ornensis) episcopus, Dietmarus Mindensis episcopus, Hugo Leodicensis episcopus, Tirricus Traiectensis episcopus, Heribertus abbas Werdensis, Widikindus abbas Corbiensis, Gerardus abbas Indensis[f], Henricus dux Saxonie et comes palatinus Reni et frater eius Wilhelmus, Henricus

---

[a] indidue *mit Kürzungszeichen über zweitem* i *C*
[b] *mit* er-*Kürzung über* s *für* servo *C*
[c] servorum *C*
[d] *fehlt C, Raum für ein Wort freigelassen und durch waagrechte Linie gekennzeichnet, wohl so zu ergänzen*
[e] *fehlt C, so sinngemäß zu ergänzen*
[f] *Versal* I *wohl aus* m *mit o-förmigem ersten Bogen verb. C*

dux Loth(e)ringie[g], Henricus dux de Lemburch, Henricus de Wassenb(erg), Walrauenus de Monioe, Gerardus comes de Ara, Albertus[h], Bernardus comes de Welpe, Conradus et Hildeboldus fratres de Rode, Cunradus de Dicke, Erwinus de Gotirswic, Henricus de Danne, Constantinus filius Conradi de Dicke, Phylippus de Riferscheyt, Conradus comes de Tremonia, Albertus de Hurde, Wilhelmus advocatus Agvensis, Symon scoltetus, Gerlacus de Strunkede, Ludolfus dapifer et frater eius Baldewinus de Assebeke, Ludolfus de Bortuelt, Bertramus de Velth(eim), Eilardus de Oberge et alii quam plures.

Datum Brunswic per manus Harmanni Monasteriensis episcopi inperialis aule cancellarii anno dominice incarnationis M^{o}CC^{o}II°, indictione[i], regni vero nostri anno quinto; feliciter.

---

[g] Lothring *mit er-Kürzung an* h *und Kürzungszeichen über* g *C*
[h] *vermutlich von erster Hand in zunächst freigelassenen Raum mit Abstand zum Wort davor und zum Zeilenende nachträglich eingefügt, danach in der nächsten Zeile Raum für ein Wort freigelassen C, vgl. Vorbemerkung*
[i] *danach Raum für die Zahl freigelassen C, vgl. Vorbemerkung.*

[1–1] *Vgl. Cassiodor, Variae 1, 36, 2, ed. Mommsen:* quatenus defensionis praesentis commodo subleavati securitatem sibi gaudeant paterna servitia contulisse, prosit ergo generi, quod potius unius devotione praestari.

BFW 227. *unsicher*

Otto schließt mit dem Erzbischof (Adolf) von Köln einen Vertrag.

(Köln, 1202 September/Oktober)

Abschrift des 13. Jh. in der Staatsbibliothek Preußischer Kulturbesitz zu Berlin, Ms. lat. oct. 50, fol. 149v–150r (B).

MGH Leges 2, S. 206 aus B = Migne PL 217, Sp. 287, = Ennen – Eckertz, Quellen Stadt Köln 2, S. 5 Nr. 4, = MGH Const. 2, S. 28 Nr. 24, = Menadier in: Zs. für Numismatik 31, S. 278 Nr. 3.

Rübel, Dortmunder UB 1, Nr. 57 (mit Textauszug). – Röhrich, Adolf I. S. 58 (Erwähnung). – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1623. – Rübel, Dortmunder UB Erg.bd. 1, S. 36 Nr. 80. – BFW 227.

Iurabunt priores Colonienses, prepositi, abbates, decani et scolastici, quod bona fide achiepiscopum Coloniensem inducent ad constans et fidele obsequium regis Ot(tonis), nec in vita O(ttonis) regis alii regi adhereat. Quod si non servaverit, obedientiam, quam ipsi debent, subtrahent et domino pape eam servabunt, obsequium autem archiepiscopo ab eis debitum regi O(ttoni) impendent, donec archiepiscopus ad obsequium regi O(ttoni) ab ipso secundum formam iuramenti sui debitum revertatur. Nobiles terre, qui iuramentis archiepiscopo Coloniensi sunt astricti, qui nunc sunt presentes, et alii, cum eorum haberi potest copia, coram rege et archiepiscopo iurabunt, quod inducent archiepiscopum Coloniensem ad constans et fidele obsequium regis O(ttonis), et quod alii regi non adherebit. Quod si non fecerit, cum castris suis et terris ac hominibus suis regi O(ttoni) servient, et non archiepiscopo, donec archiepiscopus resipiscat et ad regem O(ttonem) predicto modo revertatur. Ministeriales sancti Petri XX iurabunt pro se et pro aliis ministerialibus ita, quod alios bona fide ad idem servandum inducent, quod archiepiscopum inducent et cetera ut supra. Quod si non fecerit, obsequium, quod archiepiscopo debent, ipsi subtrahent et regi O(ttoni) prestabunt, donec et cetera ut supra. XXIIII^{or} burgenses iurabunt pro se et pro aliis burgensibus secundum formam iuramenti ministerialium. Si autem inter regem et archiepiscopum variatum fuerit, ut rex dicat: archiepiscopus debito ac fideli modo mihi non adheret, archiepiscopus econtra asserat, tres priores, tres nobiles, tres ministeriales, tres burgenses de iuratis convenient et dictis eorum credetur vel pro rege vel pro archiepiscopo, et secundum eorum XII dicta omnes iurati aut archiepiscopo adherebunt aut regi secundum prescriptam formam. Ante omnia rex dabit fidem in manus [domini] legati, quod ea, que prescripta sunt, habebit rata, archiepiscopus similiter. Rex O(tto) monetam Aquensem a domino Walramo expediet, et t[am] rex quam Galramus illi monete renunciabit in perpetuum, et dominus legatus sub anathemate prohibebit monetam in Coloniensi scemate cudi Aquis numquam vel alibi extra civitatem Coloniensem, et scribet Romano pontifici, ut sententiam suam confirmet. Rex theloneum Dusb[urgense] dimittet nec umquam resumet, et dominus legatus similem sententiam proferet cum confirmatione Romani pontificis. Rex et archi[episcopus] cum suis familiaribus tractabunt cum effectu, qualiter turrim regiam apud Werthe cum suo theloneo destruant. Privilegia[a], que intercesserunt inter regem et archiepiscopum, legentur[b] in publ[ico], et profitebitur rex in publico se iurasse, ut diligenter ob[servet], que in privilegiis scripta sunt, et quod ea numquam violabit. Archiepiscopus dabit inducias regi usque ad

[a] privilegium *B*
[b] legetur *B*

festum[1] sancti Iohannis baptiste[1] pro […] marcis, pro quibus obligaverat duci Brabantie curtem Si[n]zech(e), et sit in optione regis in presenti fideiussores idon[eos] dare vel si rex pecuniam non solverit, in festo sancti Iohannis [baptiste][c] civitas Tremonia sit ypoteka[d] archiepiscopi, donec persolvatur [ei pe]cunia predicta. Iuramenta priorum, nobilium et ministerialium prestab[unt] successores et heredes decedentium. Et si rex indebite Coloniensem [ar]chiepiscopum vel Coloniensem ecclesiam tractaverit, predicti IIII[or] ordines o[bse]quium suum regi subtrahent, donec satisfaciat, et hec iurab[unt]. Burgenses civitatis Coloniensis iurabunt fidelitatem regi O(ttoni) sub [hac] forma: quod ab hac die in antea fidelitatem ei servabunt. Coloniensem civitatem ipsi custodient contra omnem hominem, quamdi[u ecclesiam] sancti Petri, archiepiscopum Coloniensem, priores, nobiles, infeodatos et mi[nisteria]les sancti Petri ac civitatem Coloniensem in suo iure conservaverit.

---

[c] *so wohl zu ergänzen*
[d] *so B.*

[1–1] *24. Juni (1203).*

BFW 224.

Otto übergibt gemeinsam mit seinem Bruder Heinrich, Herzog von Sachsen und Pfalzgraf bei Rhein Abt Heinrich von Homburg und dessen Kirche, die Güter seiner Ministerialen Friedrich und Hartrad in Salza.

(1198 Juli 12 – 1209 Oktober 4, wohl 1202)

Abschrift vom Anfang des 16. Jh. im Kopialbuch von Homburg im Stadtarchiv zu Bad Langensalza, Archivbibliothek B 425, fol. 4v (C).

Förstemann in: Neue Mittheilungen 7, Heft 4, S. 52 Nr. 14 aus B = ders., Urk. des Benediktinerklosters Homburg S. 26 Nr. 14.

Reg. des Geschlechts Salza S. 35 Nr. 16. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1231 (zu ca. 1202) und S. 452. – BFW 224 = BFW 14629.

Otto dei gracia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus tam presentibus quam futuris[a], quod nos una cum fratre nostro H(enrico) inclito duce Saxonie et palatino comite Reni bona[b] illa, que fuerunt ministerialium nostrorum Frederici (et)[c] Harderadi, in Salcza, dilecto ac fideli nostro Henrico abbati in Homburgk et ecclesie sue libere contulimus. Ut autem hec nostra donacio rata stabilisque conservetur, presentis scripti firmamento et sigilli nostri impressione fecimus communiri.

---

[a] fufuturis *C,* fu *durch Zeilenwechsel irrtümlich verdoppelt*
[b] *irrig* bon *C*
[c] *fehlt C.*

BFW 229.

Otto überträgt dem Zisterzienserkloster R i d d a g s h a u s e n mit Zustimmung seiner beiden Brüder acht Mansen in (Salz-)Dahlum mit dem angrenzenden Wald und allem Zubehör zu Eigen, wie sie sein Ministeriale Ludolf von ihm zu Lehen besessen hat.

1203 (wohl Juni – Juli 12)

Original, 88 + 7 (–11) x 221 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 24 Urk. Nr. 25 (A).

Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 107 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 410 Nr. 2 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 158 Nr. 2. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 769 Nr. 279 aus A. – Künftig bei Jarck, UB Riddagshausen Nr. 34 aus A mit Varianten aus Kopialbuch des 14. Jh. in Magdeburg.

Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 142 Nr. 9. – Büsching in: Wöchentliche Nachrichten für Freunde der Geschichte, Kunst und Gelahrtheit des Mittelalters 3, S. 208 (Erwähnung). – Hänselmann, UB Braunschweig 2, Nr. 32 (mit Wiedergabe der Datierung). – Boetticher, Gütererwerb S. 274 Nr. 72. – BFW 229.

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis Christi fidelibus. Constare volumus universitati vestre, quod nos cum consensu duorum fratrum nostrorum pro remedio anime nostre contulimus cenobio nostro in Riddageshusen proprietatem VIII mansorum in Dalem cum adiacenti[a] silva et[b] omnibus attinentiis suis, quos Ludolfus ministerialis noster a nobis iure benefitii possedit. Ut autem hec nostra donatio rata in perpetuum et inconvulsa perseveret, presentem paginam sigilli nostri impressione * et idoneorum testium subscriptione roboravimus districtissime prohibentes sub obtentu gratię nostrę, ne quis hanc nostram donationem convellere, mutare aut imminuere[c] aliquatenus presumat. Testes autem hii sunt: Ludegerus comes de Waldenbroken, comes Bernardus de Wilepe, Ludolfus dapifer de Esbicke et frater suus Baldewinus, Ludolfus de Bortuelde, Eillardus de Oberge, Waltherus de Baldensele, Lutardus de Meinersem, Fridericus marscalcus[d], Herwicus de Scovne, Otto de Luneburc, Eluericus de Dunstede, Wernerus de Luneburc, V%olricus de Smedestede. Acta autem sunt hec ab incarnatione domini M°CC°III°, anno autem regni nostri quinto.

(SP.1.)[e]

[a] i *aus* e *verb.*
[b] *wohl verb.*
[c] ere *wohl auf Rasur von* re
[d] sc *auf Rasur von* cs
[e] *an Hanfschnur.*

*** - .** ***zweifelhaft***

Otto gewährt dem Domkapitel von Münster das Recht, den Bischof zu wählen.
(wohl Ende 1203)

In der Chronik der Bischöfe von Münster des Florenz von Wevelinkhoven aus dem 14. Jh. (ed. Ficker, Die Münsterischen Chroniken S. 28) wird zur Regierungszeit Bischof Ottos (1204–1218) berichtet, dass dieser der erste vom Domkapitel gewählte Bischof gewesen sei, nachdem die Domherren sowohl vom Papst als auch vom Kaiser das Recht der Bischofswahl, die vorher dem Kaiser zustand, erlangt hätten: Hic *(= Bischof Otto)* primus fuit episcopus per capitulum electus, nam antea imperatores constituere solebant. … Sed dum erat discordia inter papam et imperatorem Federicum primum *(statt*: regem Ottonem quartum *?),* qui tunc in Almania Tremonie fuit assidue, tunc electionem episcoporum et quecunque voluerunt fratres in presentem diem tam a papa quam ab imperatore obtinuerunt.

Der als Kontrahent des Papstes bezeichnete Kaiser Friedrich I. war 1203 nicht mehr am Leben, Otto, der in der gesamten Notiz nicht erwähnt wird, noch nicht Kaiser. Es kann sich demnach nur um eine Verwechslung der beiden Herrscher handeln. Die Erwähnung spricht nicht explizit von der Ausstellung einer kaiserlichen Urkunde in der Sache. Weitere Nachrichten existieren nicht, auch archivalisch lässt sie sich nicht nachweisen. Möglicherweise mißverstand der Autor der Chronik die Nachricht vom allgemeinen dem Papst gegebenen Versprechen Ottos, die Wahl der Prälaten den Kapiteln zu überlassen, das in BFW 274 vom 22. März 1209 enthalten ist und am 12. Juli 1213 von Friedrich II. mit der Goldbulle von Eger bestätigt wurde (DF. II. 204), als individuelle Privilegierung des Münsterer Domkapitels.

BFW 232.

Otto verkauft mit Zustimmung seiner beiden Brüder der Kirche in Riddagshausen sechs Mansen in Mascherode mit dem benachbarten Wald Colehult *und allem Zubehör um 66 Mark.*

1204 (vor April 25)

Original, 95 (–104) x 225 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 24 Urk. Nr. 26 (A).

Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 107 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 410 Nr. 3 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 158 Nr. 3 = Lucae, Europäischer Helicon S. 723, = Lucae, Graffen-Saal S. 784, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 770 Nr. 280. – Hugo, Bericht von dem Recht des Hauses Braunschweig und Lüneburg Beil. S. 20 Nr. 15 wohl aus A = Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 3, S. 1825 mit Erwähnung 1, S. 437. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 30 Nr. 32 aus A. – Künftig bei Jarck, UB Riddagshausen Nr. 36 aus A mit Varianten aus Kopialbuch des 14. Jh. in Magdeburg.

Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung zu 1203 mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 145 Nr. 10. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 30. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, S. 89 Nr. 204 (mit Wiedergabe der Datierung). – Boetticher, Gütererwerb S. 263 Nr. 13. – BFW 232.

Als Vorurkunden dienten zwei ältere Urkunden Ottos für das Kloster, BFW 229 (VU I) und BFW 210 (VU II).

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. **/I/** Fidelitati vestre constare volumus, quod nos sex mansos[a] in Marsekerod cum adiacenti silva, que dicitur Colehult, et cum omnibus reliquis pertinentiis suis cum consensu duorum fratrum nostrorum ęcclesię[b] nostrę in Riddageshusen pretio LX[a] VI marcarum vendidimus. | **/II/** Porro ut huius nostre venditionis contractus | **/I/** ratus et inconvulsus in perpetuum perseveret, presentem paginam sigilli nostri impressione communiri fecimus et idoneorum testium subscriptione roboravimus, | **/II/** quorum nomina sunt hec: Heinricus dux Saxonię et comes palatinus Reni, Bernardus comes de Wilepe, Lutardus de Menersen[c], Ludolfus de Esbeke, Eckebertus de Wulferbudele, Waltherus de Gandersen, Godefridus de Sumersenburc, Bertoldus de Burnem. Acta sunt hec ab incarnatione domini M°C°C°IIII[to], anno regni nostri VI[to].

(SP.1.)[d]

---

[a] a *verb.*
[b] *Cauda des ersten* e *versehentlich an erstem* c
[c] *erstes* e *wohl aus* i *verb.*
[d] *zwei Fragmente an einem durch einen waagrechten Schnitt im einfachen Pergamentblatt gezogenen Pergamentstreifen.*

BFW 233.

Otto übergibt den Bürgern von B r a u n s c h w e i g die Marktkirche St. Martin mit dem Recht, einen Priester zu wählen, und entschädigt die Brüder der Kirche St. Johannes der Täufer und St. Blasius, der die Martinskirche bisher unterstand, mit seiner Kapelle St. Georg und deren Zubehör.

(Braunschweig), 1204 Oktober 22

Original, 429 + 5 (–32) x 329 mm, im Staatsarchiv zu Wolfenbüttel, 7 Urk. 6 (A). – Zweites Original (A^1) heute verloren, davon Abschriften aus dem 15. Jh. im Stadtarchiv zu Braunschweig B I 14 4, fol. 3r–4r (B^1) und von 1564 ebenda, G II 1 Nr. 1, fol. 181r–182v (C^1).

Aus A oder dessen Abschriften:
Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 30 Nr. 33 aus A. – Hänselmann, UB Braunschweig 2, S. 14 Nr. 33 aus A und B^1.

Aus A^1 oder dessen Abschriften:
Rehtmeyer, Antiquitates ecclesiasticae urbis Brunsvigae 2, S. 107. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 773 Nr. 283 aus A^1 (s). – Böhmer, Observationes iuris canonici S. 287 Nr. 18.

Beck in: Gelehrte Beyträge zu den Braunschweigischen Anzeigen 59, Sp. 492 f. (Erwähnung mit Textauszug in deutscher Übersetzung). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 144 Nr. 6. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 30. – Garzmann in: Braunschweigisches Jb. 59, S. 14 (Erwähnung). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 92 Nr. 9 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto[a] divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Iustum est et pium et regalem decet benignitatem, ut non solum fidelibus nostris verum etiam omnibus[b] iuste et rationabiliter petentibus assensum[c] facilem prebeamus et eis desiderata concedamus. Unde scire volumus tam presentes quam futuros Christi fideles, quod dilecti cives nostri de civitate nostra Brvneswic[d] sepius a nobis petebant, ut eis[e] daremus[e] in ecclesia nostra scilicet sancti Martini, que forensis dicitur, ius instituendi sacerdotem. Quia vero hoc sine gravamine fratrum sancti Iohannis baptiste et sancti Blasii facere non potuimus, quia ipsi fratres dicebant ecclesiam[f] illam ad decaniam[g] pertinere, nos pro bono pacis et concordie capellam[h] sancti Georgii, que nostra est, cum omnibus ad eam pertinentibus in restauro ecclesie sancti Martini iam dictis fratribus concessimus ita, quod decanus loci illius omnia attinentia[i] capelle[j] cum omnibus bonis nunc conquisitis[k] et in futurum conquirendis cum utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris cultis et incultis, pascuis, campis, aquarum decursibus, piscationibus seu cum omni utilitate, que inde provenire potest, percipiat et in ea divina celebret et omnia, que in ea sunt facienda, diligenter provideat. Sanccimus[l] ad hec edicto regali, ut

---

[a] Octo *B^1*
[b] *auf Rasur A*
[c] assenssum *B^1*
[d] Bruneswic *s,* Brunswik *B^1,* Bruneswigk *C^1*
[e–e] daremus eis *B^1*
[f] *fehlt B^1*
[g] *folgt* eorum *sB^1C^1*
[h] caplam *mit Kürzungsstrich B^1*
[i] actinentia *B^1*
[j] cappelle *B^1*
[k] conquesitis *B^1*
[l] Sancimus *sB^1C^1*

nullus advocatus de bonis predicte capelle[m] se intromittat[n], et si predictus decanus aliquas iniurias, quod deus avertat, in eisdem bonis sibi senserit inferri, ad nos vel ad principem, qui nobis in predicta civitate successerit, confugiat et ibi causas suas determinet. Similiter dilectis civibus nostris de Brvneswic[o] pro fideli et indefesso obsequio patri nostro pie recordationis et nobis sepius exhibito ecclesiam sancti Martini tradidimus et ius eligendi[p] sacerdotem auctoritate regia liberaliter et libere donavimus iure[q] tamen ipsum investiendi nobis conservato[q]. Ut igitur hec nostra donatio tam sepedictis fratribus quam civibus rata stabilisque conservetur et ne[r] per nos aut successores nostros infringatur, presentis scripti firmamento et inpressione[s] nostri sigilli fecimus communiri omnem malignandi aditum precludentes. Testes: Heruwicus[t] decanus, Iohannes custos, Ludolfus[u] de Uolcmerroht[v] et Anno frater eius, Fridericus[w] de Velthem[x], Iohannes, Anno de Vrethe[y], Iohannes de Brunesroht[z], Gerhardus[aa] de Dersem[bb], Thidericus[cc] Rubbo; laici quoque nobiles: Bernardus comes de Wilpa[dd], Adolfus comes de Dasle, Bernardus de Horstmaria, Thidericus[ee] de Hessenem, Haoldus de Biwende[ff], Bernardus de Dorstat[gg]; ministeriales: Ekbertus[hh] de Wlferbutle[ii] et frater suus Guncelinus[jj] dapifer[kk], Baldewinus de Esbeke[ll], Baldewinus advocatus, Bertramus[mm] de Velthem[nn] et Ludolfus[oo] frater suus, Ludolfus[pp] de[qq] Bortuelde[rr]; cives de[ss] Bruneswic[tt]:

---

[m] cappelle *B[1]*
[n] intromictat *B[1]*
[o] Brunswik *B[1],* Bruneswig *C[1]*
[p] instituendi *sB[1]C[1]*
[q–q] *fehlt sB[1]C[1]*
[r] *auf Rasur A*
[s] impressione *s*
[t] Heruuicus *s,* Herwicus *B[1]C[1]*
[u] Ludolphus *C[1]*
[v] Volemerioht *s,* Voltmeroch *B[1],* Volcmerroht *C[1]*
[w] Frithericus *s,* Fredericus *B[1],* Frichericus *C[1]*
[x] Veltem *B[1]*
[y] Vreche *C[1]*
[z] Brunesrocht *B[1]*
[aa] Gherardus *B[1]*
[bb] Darsem *s*
[cc] Tidericus *B[1]*
[dd] Wilpe *B[1]*
[ee] Tidericus *B[1]*
[ff] Bywende *B[1]*
[gg] Dorstad *B[1]*
[hh] Egbertus *B[1],* Ecbertus *sC[1]*
[ii] Wulferbutile *s,* Wulfesbutle *B[1],* Wulfferbu%ettle *C[1]*
[jj] Gunzelinus *s,* Guntzelinus *B[1]*
[kk] *folgt gestrichen* Daniel, Conradus filius domine Odhe *B[1]*
[ll] Esbike *sC[1]*
[mm] Bertramus *mit Kürzungsstrich über* am *B[1]*
[nn] Veltem *B[1]*
[oo] Ludolphus *C[1]*
[pp] Ludolphus *C[1]*
[qq] *folgt kleines Loch A*
[rr] Bortfelde *sB[1]C[1]*
[ss] in *B[1]*
[tt] Brunswik *B[1]*

Eilmarus[uu], Frithericus[vv], Heinricus[ww] de Domo, Windelmarus et frater suus Ludolfus, Daniel, Conradus filius domine Ode[xx], Conradus Holtnikker[yy], Heinricus[zz] Hiszele[aaa] filius, Wernerus et Hildebrandus, Sifridus[bbb] et Heinricus[ccc] monetarii, Conradus de Bokenem[ddd], Rotholfus[eee] niger[fff], Luderus vinitor et Ludegerus[ggg] nepos eius, Gerwicus[hhh], Luderus, Hemezo, Alradus, Ludegerus[iii], Timmo[jjj] et alii quam plures. Actum anno[kkk] dominice incarnationis millesimo[lll] ducentesimo[lll] quarto, indictione septima, anno regni nostri septimo, XI[o] [mmm] kal. novembris. Datum per manum notarii nostri Stephani[nnn] maioris ecclesie Mindensis canonici et[ooo] in insula beati Sviberti[ppp] Werde[qqq]; feliciter[qqq].

(SP.1.)[rrr]

[uu] Gilmarus *s,* Eylmarus *B*[1]
[vv] Fredericus *B*[1]*,* Frichericus *C*[1]
[ww] Hinricus *B*[1]*,* Henricus *C*[1]
[xx] Odhe *B*[1]
[yy] Holtnickere *B*[1]
[zz] Hinricus *B*[1]
[aaa] Hissele *B*[1]
[bbb] Siffridus *B*[1]
[ccc] Hinricus *B*[1]*,* Henricus *C*[1]
[ddd] Bokenum *B*[1]
[eee] Rodulfus *B*[1]
[fff] nyger *B*[1]
[ggg] Ludigerus *B*[1]*,* Ludegherus *C*[1]
[hhh] Gherwicus *B*[1]
[iii] Ludigerus *B*[1]*,* Ludegherus *C*[1]
[jjj] Tymmo *B*[1]
[kkk] *fehlt B*[1]
[lll–lll] M[o]CC[o] *B*[1]
[mmm] XI *B*[1]*,* undecimo *C*[1]
[nnn] Sthephani *B*[1]
[ooo] *fehlt s*
[ppp] Suiberti *s,* Swyberti *B*[1]*,* Swiberti *C*[1]
[qqq–qqq] etc. *B*[1]
[rrr] *naturfarbenes Wachssiegel an roten Seidenfäden A; naturfarbenes Wachssiegel (*in cera flava*) Ottos an A*[1] *laut s.*

BFW 234.

Otto schenkt mit Zustimmung der Brüder von St. Cyriakus zu Braunschweig der Kirche zu M a r i e n b o r n , die früher Morthdal *hieß, zwei Mansen zu Twelfen.*

1204 (nach Juli 12, wohl Braunschweig, Oktober)

Original, 260 (–269) + 44 x 236 mm, im Landesarchiv Sachsen-Anhalt zu Magdeburg, U 4° II Nr. 3 (A).

Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 108 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 411 Nr. 4 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 159 Nr. 4, = Meibom sen., Chronicon Marien-Born, ed. Leuckfeld, S. 43 Anm. aa, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 773 Nr. 232. – Wohlbrück in: Ledebur, Allgemeines Archiv für die Geschichtskunde des preussischen Staates 7, S. 358 Nr. 2 Auszüge aus A.

Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 24b (Abb.) mit Beschreibung S. 455.

Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 437 Anm. y. – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung mit Nennung einiger Zeugen). – Zunggo, Historiae generalis prodromus 2, S. 482 (Erwähnung). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 145 Nr. 11. – Behrends, Neuhaldenslebische Kreis-Chronik S. 514. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 203 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 92 Nr. 9 (mit Nennung einiger Zeugen). – BFW 234.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Regie maiestatis decet celsitudinem omnium ecclesiarum utilitatibus invigilare et earum paupertatem in meliorem statum reformare. Quapropter notum facimus tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus, quod nos de consensu fratrum sancti Cyriaci[a] in[b] Brunswic duos mansos sitos in villa, que dicitur Tweleuen, attinentes iam dicto sancto Cyriaco[c] et fratribus ecclesie ad fontem sancte Marie[d], que antiquitus dicebatur Morthdal, auctoritate regali liberaliter et libere donavimus. Ut igitur hec nostra donatio rata stabilisque omni evo permaneat et ne per nos aut successores nostros infringatur, presentis scripti firmamento et sigilli nostri inpressione fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Albertus abbas sancti Egidii, Volbertus prepositus sancti Cyriaci[e], Rodolphus decanus et fratres sui, Heinricus sacerdos, Conradus sacerdos, Wernerus diaconus, Gerardus subdiaconus, Helias diaconus, Uolmarus, Ludolphus, Herwicus, Bertrammus, Bertoldus, Anno sancti Blasii canonicus et alii[f] quam plures. Actum anno dominice incarnationis M°CC°IIII°, anno regni nostri septimo. Datum per manum Stephani notarii nostri maioris ecclesie Mindensis canonici et in insula sancti Swiberti; feliciter[g].

(SP.1.)[h]

---

[a] *in Kapitälchen*
[b] i *verb.*
[c] *in Kapitälchen*
[d] *in Kapitälchen*
[e] *in Kapitälchen*
[f] *erstes* i *auf Rasur von* l
[g] *in Kapitälchen*
[h] *an Pergamentstreifen.*

BFW 236.

Otto weist der Kirche St. Blasius zu B r a u n s c h w e i g ein Lehen zu, das Ludolf von Volkmarode, Kanoniker von St. Blasius und von St. Cyriakus, von dieser inne hatte und, nachdem es in weltliche Hände gelangt war, wieder zum Nutzen der Kirche zurückgekauft hat, damit ein geeigneter Priester an der in der Kirche von St. Blasius gelegenen Kapelle St. Maria und St. Johannes Messen lesen kann.

1206 (wohl Braunschweig, November/Dezember)

Original, 284 + 29 x 317 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 7 Urk. Nr. 7 (A).

Winkelmann, König Philipp S. 558 Nr. 17 aus A. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 32 Nr. 35 aus A.

Posse, Siegel 1, Tafel 25 Nr. 1 Abb. des Siegels (rekonstruiert aus BFW 271 und BFW 236) und 5, S. 27 Nr. 1 (Beschreibung).

Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 30. – Hänselmann, UB Braunschweig 2, S. 15 Nr. 34. – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 92 Nr. 10 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 236.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Iustum est et pium et regalem decet benignitatem, ut non solum nostris verum etiam omnibus iuste ac rationabiliter petentibus assensum facilem prebeamus et maxime unde ecclesia[a] dei accipit incrementum. Inde est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Lvdolfus de Volkmerrothe[b] in ecclesiis nostris sancti Blasii et sancti Cyriaci Bruneswic[c] canonicus benedictionis memoriam sibi comparare volens divina inspiratione inductus feodum, quod a manu ecclesie tenuit et in plures personas iure feodali derivatum fuerat per laicales personas, quod in perpetuum in libertatem ecclesie redire non poterat, argento suo redemit eo pacto, ut predictum feodum rediret ad usus et libertatem sancti Blasii. Petivit autem a nobis, ut regali munificentia predicta bona, scilicet duos mansos in villa Vrethe sitos et duos in orientali parte civitatis nostre Bruneswic et duos ortos in aquilonari parte capelle sancte Marie et sancti Iohannis evvangeliste, que in ecclesia sancti Blasii sita est, assignaremus ea forma, ut in perpetuum[d] sacerdos idoneus predictam capellam in divinis provideret et choro sancti Blasii in perpetuum deserviret. Verum quia devotio petentis nobis est visa rationabilis, eam clementer admisimus. Ceterum ut hec nostra donatio stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, presentem paginam huius rei testimonium ferentem sigilli nostri impressione fecimus insigniri omnem malignandi aditum usque quaque precludentes. Actum anno dominice incarnationis M°CC°VI°, indictione nona, anno regni nostri nono. Testes: Albertus abbas sancti Egidii, Volpertus prepositus sancti Cyriaci, Heruicus decanus sancti Blasii et fratres eiusdem ecclesie universi; laici: Bernardus de Wilipa, Walterus de Baldensele, Bernardus de Dorstat, Haolt de Biwende, Guncelinus de Wulferbutle dapifer noster, Baldewinus advocatus noster, Willikinus marscalcus noster, Heruicus de Vttesem, Hervicus de Scowen, Bertrammus de Velthem, Ludolfus de Bortfelde, Eilardus de Oberge et alii quam plures. Datum per manum notarii nostri Stephani in maiori ecclesia Minde et in ecclesia sancti Sviberti Werthe canonici; feliciter.

---

[a] a *aus* e *verb.*
[b] l *durch Rasur des oberen Bogens und des unteren Schrägschaftes aus* k *verb.*
[c] *davor wohl* in *radiert*
[d] t *durch Rasur wohl aus* u *verb.*

(SP.1.)[e]

[e] *an roten geflochtenen Seidenschnüren.*

BFW 237.

Otto gewährt auf Bitten ihres Propstes Johannes den Chorfrauen der Kirche St. Johannes Evangelist zu Katlenburg jährlich eine halbe Mark aus den Gütern der Kirche in Wedtlenstedt, die Graf Dietrich von Katlenburg dem Kloster übertragen hatte.

1207 (wohl Braunschweig, Mitte/Ende Mai – Juli 12)

Abschrift von ca. 1425 im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 26 Urk. Nr. 261 (C). – Abschrift aus der zweiten Hälfte des 15. Jh. ebenda, VII B Hs. 267, fol. 95v (D). – Abschrift von ca. 1500 im Stadtarchiv zu Braunschweig, G II 15 Nr. 1, fol. 14v–15r (E). – Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, VII B Hs. 268, fol. 106r–106v (F).

F(...) in: Braunschweigische Anzeigen 1745, Sp. 1719 aus Kopialbuch des 17. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel = Lüntzel, Diöcese Hildesheim S. 390 Nr. 37 (Auszüge). – Winkelmann, König Philipp S. 560 Nr. 20 aus Kopialbuch des 17. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel. – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 93 Nr. 11 (mit Anführung der Zeugen). – Gieschen, UB Katlenburg S. 84 Nr. 6 aus CDEF.

Braunschweigische Anzeigen 1753, Sp. 98 f. (zu 1200). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 149 Nr. 7. – BFW 237.

In nomine sancte et individue trinitatis[a]. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Regalem decet magnificentiam omnium ecclesiarum utilitatibus invigilare et divine recompensationis intuitu eas pio[b] compassionis affectu ab iniustis inquietationibus[c] defensare[d]. Noverint igitur universi Christi[e] fideles, ad quos presens pagina pervenerit, quod comes Theodericus de Katelenborch[f] pro remedio anime sue et progenitorum suorum ecclesiam in Wedlemstidde[g] cum omnibus bonis suis[h] nunc conquisitis[i] et in futurum conquirendis[j] legittimo[k] iure possidendam contulit ecclesie sancti Iohannis evangeliste[l] in Katelenborch[m], ut in perpetuum predicte ecclesie cum plenaria subiectione esset alligata ea conditione, ut sacerdos in Wedlemstidde[n] stipendiis sibi assignatis sit contentus[o], cetera omnia utilitatibus deo famulantium[p] in ecclesia Katelenborch[q] deserviant[r]. Mediante quoque petitione dilecti et[s] familiaris nostri Iohannis prepositi in Katelenborch[t] concessimus, ut annuatim in anniversario

---

[a] trinitas *D*
[b] pie *C,* pro *E*
[c] inquietantibus *C*
[d] defansare *D*
[e] Cristi *D*
[f] Katelenburch *D,* Kathelnborch *E,* Kattelnborch *F*
[g] Wettelmestede *D,* Wettlemstede *E,* Wettelemstede *F*
[h] *fehlt D*
[i] conquesitis *DF*
[j] conquerendis *F*
[k] legitimo *F*
[l] ewangeliste *F*
[m] Katelenburch *D,* Kathlenbo[rch] *E,* Kattelnburch *F*
[n] Wettellmestede *D,* Wetlemstede *E,*Wettelemstede *F*
[o] *folgt* et *F*
[p] famulatui *CE*
[q] Katelenburch *D,* Katelnburch *E,* Kattenlnburch *F*
[r] *fehlt E*
[s] *fehlt E*
[t] Katelenburch *D,* Katelnborch *E,* Kattelnborch *F*

comitis Theoderici de eisdem prediis dimidia marca cedat refectionibus sanctimonialium. Ceterum ut hoc[u] factum nostrum nulli prorsus[v] sit ambiguum, presentem paginam huius rei testimonium ferentem sigilli nostri impressione signavimus omnem malignandi[w] aditum usque quaque[x] precludentes. Huius rei testes sunt: clerici[y] nostri: Herwicus Brunevicensis[z] ecclesie decanus, Ludolfus[aa] eiusdem ecclesie custos ac ceteri canonici Fredericus[bb] de Velthem, Anno de Volckmerode[cc], Zacharias; laici quoque: ministeriales nostri Berthrammus[dd] de Velthem, Ludolfus[ee] de Bortfelde[ff], Silardus[gg] de Oberge, Wilhelmus de Helinge[hh] ac alii quam plures[y]. Acta sunt hec anno dominice[ii] incarnationis[ii] M°CC°VII° [jj], indictione[kk] decima, anno regni nostri IX° [ll].

---

[u] hec *F*
[v] prorssus *E*
[w] malignantium *E*
[x] usque quo *C*, usque quoque *E*
[y–y] etc. *C, danach fehlt die Zeugenreihe*
[z] Brunswicensis *EF*
[aa] Ludolphus *EF*
[bb] Ffredericus *D,* Fridericus *EF*
[cc] Volckemrode *E,* Volckenrode *F*
[dd] Bertramus *E,* Bertram *F*
[ee] Ludolphus *E*
[ff] Bortsuelde *E*
[gg] Lisand *E,* Lilandt *F*
[hh] Holinge *EF*
[ii–ii] domini *C*
[jj] M°CC° *D,* MCCVII° *F*
[kk] *verderbt E, wohl* imhne
[ll] octavo *C,* IX *E,* VIIII *F.*

BFW 238.

Otto schenkt auf Bitten Propst Ottos von Marienwerder, sowie Simons und Bernhards von Heere der Kirche von Marienwerder eine Manse aus seinen Erbgütern in Garmissen und nimmt die Kirche in seinen Schutz.

1207 (wohl Braunschweig, Juli 12 – September 23)

Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Dep. 31 Nr. 1 (B). – Abschrift des 15. Jh. in Kopialbuch VI, 11 Nr. 968, fol. 552, ebenda (C), heute verloren, davon Abschrift aus der 2. Hälfte des 17. Jh. in der Niedersächsischen Staats- und Universitätsbibliothek zu Göttingen, 2° Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XI, fol. 228v (C′) und zwei Abschriften des 18. Jh. ebenda, 2° Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XXI, fol. 187r–187v (C′′) und in der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek (Niedersächsische Landesbibliothek) zu Hannover, Ms. XXIII 773, fol. 15r–15v (C′′′).

Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 779 Nr. 287 (s). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 589 Nr. 618 aus Cs (j). – Dolle, UB Plesse S. 82 Nr. 40 aus B mit Varianten aus C′′sj.

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 149 Nr. 6. – Büsching in: Wöchentliche Nachrichten für Freunde der Geschichte, Kunst und Gelahrtheit des Mittelalters 3, S. 208. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 30. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 35 Nr. 39 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 93 Nr. 11 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 238.

Otto[a] divina favente clementia[b] Romanorum rex et semper augustus[a]. # Regie maiestatis decet celsitudinem omnium ecclesiarum utilitatibus invigilare et earum paupertatem in meliorem statum reformare[c] et peticiones racionabiles[d] virorum religiosorum pie et misericorditer exaudire. Quapropter notum facimus tam presentis quam futuri[e] temporis Christi fidelibus, quod nos ad peticionem Ottonis viri probati et sancte conversationis prepositi in Insula sanctę Marie, Symonis etiam[f] et Bernhardi[g] de Herre mansum unum de hereditate nostra situm in Gerboldessem[h] iam dicte ęcclesię de[i] bona dedimus voluntate[i] et ipsam ecclesiam in nostram accepimus protectionem. Ut igitur hec donatio rata stabilisque omni evo permaneat et ne per nos aut successores nostros infringatur[j], presentis scripti firmamento et sigilli nostri inpressione[k] fecimus communiri omnem malignandi aditum usque quaque precludentes. Actum[l] anno dominice incarnationis[l] M°CC° septimo, indictione decima[m], anno regni nostri decimo[n]. Testes: magister Heinricus[o] scolasticus sancti Gereonis in Colonia, Heinricus decanus[p] in Gladebach, Iohannes

---

[a–a] *erste Zeile mit der gesamten Intitulatio in Elongata BC′′′,* Otto – clemencia *C′ und* Otto divina *C′′ durch Schrifttype hervorgehoben*
[b] clemencia *C′C′′C′′′j*
[c] informare *C′C′′C′′′js*
[d] ronabiles *mit Kürzungszeichen über* o *B*
[e] *danach Rasur wohl von* s *B*
[f] eciam *C′C′′C′′′js*
[g] Bernardi *C′C′′C′′′js*
[h] Garboldessem *C′C′′C′′′js*
[i–i] dedimus voluntarie *s*
[j] *von erster Hand mit feinerer Feder auf Rasur B*
[k] impressione *C′C′′C′′′js*
[l–l] Actum – inca *von erster Hand auf Rasur B*
[m] X *C′C′′C′′′js*
[n] X *C′C′′C′′′js*
[o] Henricus *C′C′′C′′′js*
[p] dicanus *B*

prepositus Frideslarie[q], Herwicus[r] decanus sancti Blasii in Bruneswich et canonici eiusdem ęcclesię, Volbertus prepositus sancti Ciriaci et sui confratres; laici: Bernhardus[s] comes de Wilpa, comes Adolfus de Dasle, Helmoldus de Plesse, Guncelinus de Wlferbutle[t], Bertrammus de Velthem[u], Ludolfus de Bortuelde[v], Eilardus[w] de Oberge[x] et alii. Dat.[y] per manum notharii[z] nostri Stephani in maiori ecclesia Minde et[aa] in ecclesia Suiberti[bb] canonici[aa]; feliciter.

---

[q] rie *verb. C′, nur* r *verb. C′′C′′′*
[r] w *verb. C′,* Herwinus *C′′*
[s] Bernardus *C′C′′C′′′js*
[t] Wulferbutle *js,* Wulferbutte *C′C′′′,* tle *aus* tte *verb. C′′*
[u] Velhem *B,* t *wohl von erster Hand über der Zeile eingefügt*
[v] o *aus* e *verb. B,* Bortfelde *C′C′′C′′′js*
[w] Eylardus *C′C′′C′′′js*
[x] Oberghe *C′C′′C′′′js*
[y] Datum *C′C′′C′′′js*
[z] *wohl* notaris *B,* h *sofort über der Zeile eingefügt und letztes* i *aus* s *verb.,* notarii *C′C′′C′′′js*
[aa–aa] *fehlt B*
[bb] Sviberti *C′.*

BFW 239.

Otto beurkundet den zwischen ihm und Erzbischof Albrecht von Magdeburg abgeschlossenen Vertrag, mit dem er diesem die Übertragung von Haldensleben, seiner in der Mark Brandenburg und in der Wische gelegenen Erbgüter und weiterer angeführter Besitzungen und Rechte sowie die Gewährung von Geld- und Hilfeleistungen verspricht.

(Sommerschenburg, wohl 1208 Juli)

Original, 135 + 19 x 397 mm, im Landesarchiv Sachsen-Anhalt zu Magdeburg, U 1, XII Nr. 2 (A).

Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 787 Nr. 294 aus stark beschädigter Abschrift des 15. Jh. in Magdeburg, Cop., Nr. 6, zu 1209. – Sagittarius in: Allgemeines historisches Magazin 2, S. 106 §9 aus derselben Abschrift. – M. in: Ledebur, Allgemeines Archiv für die Geschichtskunde des preussischen Staates 16, S. 169 aus A = Riedel, Cod. dipl. Brandenburgensis 1/17, S. 436 Nr. 21 zu 1209. – MGH Const. 2, S. 30 Nr. 26 aus Foto von A in den Kaiserurk. in Abb., zu 1208 Anfang Juli.

Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 21f. (Abb.) mit Beschreibung S. 445. – Hucker in: Katalog Aufbruch in die Gotik 2, S. 32 f. Nr. II.1 (Abb. mit Kommentar).

quod predictam abbatiam Uallisumbrose et monasteria eius congregationis et omnia eius loca ad dationem aliquam vel collectam seu libram vel ad aliquam aliam exactionem illicitam, quocumque nomine nominetur, ad fossata[k] facienda, ad muros hedificandos vel ad alia illicita munera aliquatenus cogere non presumant, sed predicta abbatia et omnia loca sibi pertinentia a predictis gravaminibus imperiali auctoritate liberata in dei servitio liberius valeant immorari. Inhibemus etiam omnibus personis, ut predictam abbatiam eiusque monasteria, ecclesias et loca singula molestare vel eis violentiam in personis, * in rebus mobilibus seu immobilibus vel alio iure nequaquam inferre presumant. Prohibemus etiam, quod fratres et n[untii pre]dictorum[l] locorum euntes et redeuntes pro personis et animalibus et omnibus rebus eorum ab aliquo vel ab aliquibus pedagia vel passagia solvere non cogantur, sed stando, eundo et r[ede]undo auctoritate dei et nostra perpetua et firma securitate fruantur. * Concedimus preterea et statuimus, ut nulla ecclesiastica seu secularis persona aliquam possessionem Vallisu[mbrose] abbatie seu alicui domui sue congregationis competentem vel aliquo iure pertinentem sine Uallinbrosani abbatis licentia * et fratrum eius consensu vendere, * alienare, donare [vel] permutare presumat nec aliquis eam presumat accipere. Et quod aliqua statuta vel consuetudines civitatum vel ullius comunitatis aut persone predicte abbatie et suis [monasteri]is vel ecclesiis et domibus et personis aliquatenus contra debitum non obsistant, concedimus etiam nominate Uallinbrosane ecclesie suisque monasteriis sive ecclesiis et domibus, [quod nul]la alia prescriptio quam octogenaria eis ab aliquo possit opponi vel aliquod preiudicium facere non obstante lege “Quod quisque iuris” vel alia lege. Indulgemus quoque, [quod] homines Uallinbrosane abbatie et monasteriorum et ecclesiarum et locorum sue congregationis iniuste ab aliquo vel aliquibus non inquietentur. * Molendina quoque et gualkeras et omne edificium aquarum ipsius abbatie et eius conventus ab omnibus exactionibus libera reddimus et penitus exempta. Et licitum sit eis atque possibile fratribus predicte abbatie et eius conventus facere novum aqueductum per competentia loca, undecumque illis melius atque oportunius visum fuerit, in fluviis[m] et rivis, nulla prorsus contradicente seu resistente persona. Ad hec autem nuntiis nostris per Italiam constitutis, qui modo sunt et * pro tempore erunt, firmiter precipiendo mandamus, quatenus prenominatam abbatiam [et eius] congregationem sibi commissam et omnia sibi pertinentia non audeant molestare, set intuitu divine pietatis et nostri precepti a malefactoribus omnibus tueantur et cum [fueri]t eis aliqua ex parte predictorum querimonia proposita, sine gravamine faciant sibi iusticiam exhiberi. Nos vero, sicut predictum monasterium ea nunc iuste tenet et pos[sidet], sub de[fens]ione protectionis nostre suscepimus et prenominato abbati fratribusque suis atque eorum sussessoribus imperiali auctoritate confirmamus. Quod ut clarius [credatur] et a maiori reverentia autenticum robur optineat, presentem inde paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nullus pontifex, nullus dux neque marchio neque comes neque vicecomes, non scultatius [neque] gastaldio, nulla civitas, nullus consulatus, nullum comune nullave potestas, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, datam vel exactionem aut tributum audeat aliqua occasione ab

[k] affossata *VU*
[l] *Ergänzung nach VU*
[m] fluiis *B*

eis extorquere neque a monasteriis sue congregationis, ecclesiis vel curtibus eorum nec angariam sive paran[g]ariam vel onus cuiusque publice functionis presumat imponere. Quod qui fecerit[n]

[n] *hier bricht der Text ab.*

BFW 322.

Otto bestätigt Bischof Sofredinus und der Kirche von Pistoia die von Friedrich I. und Heinrich VI. gewährten Privilegien, bestätigt ihnen darüber hinaus die auf ihren Besitzungen erbauten Burgen und nimmt diese und ihre Bewohner in seinen Schutz.

Fucecchio, 1209 November 8

Gleichzeitige notarielle Abschrift im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Pistoia, Vescovado, 1209 novembre 6 (B).

Zacharia, Anecdotorum collectio S. 239 Nr. 21 Anm. 1–12 (unvollständig).

Rosati, Memorie S. 86 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 58 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 159 Nr. 27 (zu November 9, mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 322.

Als Vorurkunde diente die Urkunde Heinrichs VI. vom 28. Oktober 1196 (Böhmer – Baaken 565).

Octo quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Apud creatorem omnium tum ad presentis vite decursum prosperiorem, tum eterne salutis augmentum nobis certissime profuturum non ambigimus, si ecclesiis dei in suis necessitatibus pium auxilii nostri favorem impendimus ipsasque in suo iure et honore studemus conservare. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos dilectum fidelem nostrum Sofredinum venerabilem Pistoriensem episcopum eiusque successores episcopos et ecclesiam Pistoriensem cum omnibus bonis suis videlicet Montemagno et eius curte et villa de Buriano, castro Lamporeccho, villa de Vrbiniano et eius curte, castro de Celle cum valle de Celle et eius curte, sicut nostri antecessores Fridericus et Heinricus Romanorum imperatores divi augusti per privilegia sua antecessoribus suis Pistoriensibus episcopis confirmaverunt, et universis aliis rebus et possessionibus, que vel de nostra concessione vel per se vel per alios in presentiarum iuste habet vel in posterum dante domino poterit obtinere, in specialem maiestatis nostre recepimus protectionem antedicto episcopo suisque successoribus plenum ius dantes et potestatem, ut terras et homines ecclesie sue de predictis locis vel[a] possessionibus distringat, datas ab eis accipiat et plenam inter eos de causis suis faciat iustitiam salva in omnibus iustitia et dignitate imperiali. Castra quoque, quecumque in predictis iam possessionibus hedificata sunt vel adhuc hedificabuntur, dumtaxat imperio eiusque honori et utilitati in nullo obsistant, memorato episcopo suisque successoribus et ecclesie Pistoriensi confirmamus et cum hominibus ea inhabitantibus ipsam[b] in nostram accipimus defensionem. Statuimus igitur et presentibus consulibus et eis, qui pro tempore fuerint, in civitate Pistorii et generaliter universis nuntiis nostris et potestati Pistoriensi, quando fuerit, et consiliariis et toti populo sub[c] debito fidelitatis districte precipimus, quatenus huic nostro precepto se nullatenus opponant et predictum[d] episcopum[d] vel suos successores contra predicta omnia aliquatenus molestare presumat. Quod si quis facere attemptaverit, quinquaginta libras auri purissimi pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei perpetuam evidentiam hanc cartam exinde conscriptam maiestatis nostre

[a] l *mit Kürzungsstrich wohl auf Rasur*
[b] ipsa *(*ipa *mit Kürzungszeichen)*
[c] u *durch Loch in der Faltung zerstört*
[d–d] dictum episcopum *auf Rasur, davor* p *mit Kürzungsstrich eingefügt*

sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegensis, Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Azzo marchio Estensis, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Marquardus de Verngen, Ro%vdolfus de Kisilowe, Blickerus[e] de Steznahc, Henricus marscalcus de Kalindin, Gunzilinus dapifer, Waltherus pincerna de Schipfen, Henricus camerarius de Rauinspurc[f], Albertus Strucius, Passawerra, Monachus de Villa imperialis curie iudices et alii quam plures.

Datum apud Ficeclum anno domince incarnationis millesimo CC°VIIII, VI idus novembris, indictione XIII[a] [g].

[e] k *aus* h *verb.*
[f] R *aus* K *verb.*
[g] *das Original war laut B mit dem kaiserlichen Siegel Ottos versehen.*

BFW 323.

Otto nimmt das Hospital S. Michele zu Poggio Bonizio (Poggibonsi) in seinen Schutz, erlässt ihm alle kaiserlichen Dienste einschließlich des Fodrums und die dem Kaiser und der dortigen Burg zu leistenden Abgaben und bestätigt ihm alle Schenkungen.

Fucecchio, (1209) November 8

Original, 171 (–177) + 21 (–26) + 210 mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Firenze, S. Giovanni Battista detto di Bonifacio (ospedale), 1210 novembre 8 (A).

Rena – Camici, Serie 5d, S. 93 aus Abschrift.

BFW 323.

Otto quartus # dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis eminencie tytulos[a] digne extollimus decenterque adornamus, cum nos ei, per quem omnia possidemus, quedam ex hiis ad opus pauperum non denegamus adtendentes illud salomonicum ei debemus saltem aliqua conferre, per quem recognoscimus nos plurima possidere. Notum sit igitur universis presentis pagine inspectoribus, quod nos divine pietatis intuitu domum hospitalem sancti Michahelis apud Podium Bonizi cum universis[b] pertinenciis suis in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus et fodrum[c] imperiale et omnia etiam[d] obsequia, que de possessionibus eiusdem domus nobis provenire deberent, et maxime recoltas sive quascumque alias[e] exactiones ad usum nostrum vel ad opus communis ipsius castri ipsi domui remisimus. Insuper quidquid etiam ad[f] opus pauperum Christi eidem domui sive in mobibilibus[g] sive in immobilibus a quoquam collatum fuerit, eidem hospitali perpetuo manendum concedimus atque confirmamus statuentes et firmiter precipientes, ut neque consules, qui modo sunt, neque nuncius noster, qui nunc est, nec etiam, qui pro tempore illic futuri sunt, hanc nostre concessionis seu confirmationis paginam[h] presumat[i] infringere vel aliquo ei temeritatis ausu obviare. Dat. apud Fiscekum VI idus novembris, indictione XIII[a].

(SP.D.)[j]

---

[a] u *wohl aus* o *verb*
[b] u *mit* er-*Kürzung und erstes* s *durch Faltung beschädigt*
[c] f *aus* o *verb.*
[d] et *infolge Faltung teilweise abgerieben*
[e] *zweites* a *durch kleinen Riss in der Faltung beschädigt*
[f] a *infolge Faltung teilweise abgerieben*
[g] *so A*
[h] *zweites* a *mit Kürzungsstrich infolge Faltung beschädigt*
[i] u *durch Fleck beschädigt*
[j] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

BZ 37.

Otto nimmt das neu errichtete Hospital Santa Maria e Santa Trinità in der C e r b a i a mit allen Gütern in seinen Schutz, befreit es von allen unrechtmäßigen Abgabenforderungen der Städte und Kommunen und gewährt ihm die uneingeschränkte Weidegerechtigkeit sowie den Bau einer Mühle.

Im Hospital (in der Cerbaia), 1209 November 11

Notarielle Abschrift des 15. Jh. im Archivio di Stato zu Lucca, Altopascio 1, fol. 229v (D).

Schneider in: QFIAB 22, S. 71 Nr. 5 aus D (zu November 14). – Nelli in: Actum Luce 24, N. 1–2, S. 93 Anm. 12 aus D.

Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 6. – BZ 37 (zu November 14).

Otto quartus dei[a] gratia Romanorum imperator semper augustus. Habentes pre oculis[1)] cordis[1)] nostri paupertatem Iesu Christi, qui, cum dives esset in omnibus, pro nobis pauper fieri dignatus est, ut nos, qui pauperes sumus, divites[b] essemus in ipso per gratiam, paupertatem, que pro nomine ipsius fit, non solum detestari nolumus[c], imo in ipso commendari auctoritate imperatorie[d] maiestatis[e] ab ipso nobis collate tueri volumus et[f] favere[f]. Loca igitur ea, ubi pauperes Christi in Christo reficiuntur et suscipiuntur, iuxta[g] virtutem potentie[h] nostre sub clipeo defensionis nostre tute semper esse volentes, ut nos sub[i] ipso, per ipsum et in ipso, qui vera pax est, salvi et securi semper possimus subsistere. Significamus omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris, quod nos quoddam[j] hospitale de novo constructum et edificatum, quod multa deprimitur paupertate et tenue est possessionibus, situm scilicet[k] inter burgum[l] Cappiani et burgum[m] Ghalleni, dictum hospitale sancte Marie de sancta Trinitate fundatum in Cerbaria in loco, qui dicitur Rivus[n] Turbidus, cum omnibus bonis, que nunc iuste possidet vel in antea iuste acquisitionis[o] titulo poterit adipisci[p], sub specialem maiestatis nostre subscepimus protectionem. Ex benignitate quoque nostra et ex superabundante[q] gratia nostra damus eidem hospitali ad subsidium pauperum per[r] inde transeuntium et qui ibi teneri[s] et recipi solent et possunt, omne ius in loco Cerbarie

---

[a] *davor gestrichen* divina *D*
[b] *irrig* divtes D
[c] n *aus* v *verb. D*
[d] inpie *D mit* er-*Kürzung an* p
[e] magiestatis *D*
[f–f] confavere *D*
[g] iusta *D*
[h] *wohl aus* poterint *verb. D*
[i] *so D, möglicherweise irrig statt* cum
[j] quodam *mit Kürzungsstrich über* o
[k] silicet *D*
[l] burghum *D*
[m] burghum *D*
[n] Rius *D*
[o] aquisitionis *D*
[p] addipisci *D*
[q] superabundata *D*
[r] *so D*
[s] tenere *D*

inter viam sancti Martini et viam de Montefalcone et Rivum[t] Turbidum et Rivum[u] Morum in omnibus hiis, que ad usum et commodum ipsius hospitalis possunt pervenire. Iam dictum quoque hospitale ex certa scientia nostra et nostra liberalitate ab omni exactione indebita et ab omni angaria[v] et perangaria[w] et omni dacio et collecta, que a civitatibus et comunibus et eorum rectoribus solet et potest imponi, eximimus[x] et de cetero liberum esse volumus et absolvimus. Damus insuper predicto hospitali auctoritatem[y] et plenam facultatem, ut animalia ipsius hospitalis pascere[z] possint, ubi[z] magis fuerit utile et expediens. Damus etiam licentiam[aa] predicto hospitali, ut liceat ei edificare molendinum secundum quod supra eis concessimus, ita tamen, quod nulli faciat preiudicium in edificatione illius molendini. Nolumus tamen, ut aliquis propter aliquam calumpniam nec propter aliquam occasionem[bb] edificationem illius molendini impediat, nisi manifestam et iustam possit[cc] assignare rationem. Precipimus igitur sub pena decem librarum auri hec omnia, que predicto hospitali concessimus ex nostra gratia, firmiter observari. Ad cuius rei certam evidentiam presentem paginam conscribi et imperialis nostre maiestatis precipimus sigillo[dd] consignari.

Datum in ipso hospitali anno domini MCCVIIII, indictione III[ee], tertio idus novembris[ff].

---

[t] Rium *D*
[u] Rium *D*
[v] angharia *D*
[w] perangharia *D*
[x] exhimimus *D*
[y] autoritatem *D*
[z–z] pascere possint *am linken Rand und* ubi *über der Zeile von nahzeitiger Hand eingefügt*
[aa] *verb. D*
[bb] occaxionem *D*
[cc] posset *D*
[dd] caritate *D*
[ee] *so D statt* XIII
[ff] *Wachssiegel an roten Seidenfäden laut notarieller Beglaubigung in D.*

[1–1] Eph. 1,18.

*** - .** ***unsicher***

Otto verbietet den Leuten von V e r s i l i a und G a r f a g n a n a , die gegenüber den Edlen von Porcari Verpflichtungen haben, unter Androhung einer Strafe von 1000 Mark Silber deren Gerichtsbarkeit Folge zu leisten.

Lucca, in placia Sancti Martini*, 1209 (nach Oktober 4, wohl Mitte November)*

In den Annalen des Tholomeus von Lucca (ed. Schmeidler, MGH SS rer. Germ. N.S. 8, S. 98) heißt es: Eodem anno Octo imperator in placia Sancti Martini, ut habetur in dicto registro, inhibuit omnibus de Versilia et de Garfagnana, qui deberent vel tenerentur nobilibus de Porcari, quod responderent eis de aliquo iure, quod eis competeret, sub pena M marcharum argenti. – *BFW 323a.*

BFW 325.

Otto nimmt die Stadt Savona auf Bitten ihrer Bürger und Boten in seinen Schutz, bestätigt ihr neben allen Besitzungen und Rechten im angegebenen Gebiet, in dem er genannte Rechte der Markgrafen einschränkt, auch die mit den inserierten Notariatsinstrumenten beurkundeten Erwerbungen zu Quiliano, Albisola und Stella von Markgraf Otto Del Carretto, den Markgrafen von Ponzone und Markgraf Delfino del Bosco.

Lucca, 1209 November 18

Original, 463 (–470) + 56 (–62) x 630 (–655) mm, im Archivio di Stato zu Genua, Archivio Segreto Nr. 2722/20 (A). – Notarielle Abschrift, wohl nahzeitig, ebenda, Nr. 2722/20bis (B). – Abschrift aus der Mitte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Savona, Registro della catena I, fol. 2v–3v (C).

Winkelmann, Acta 1, S. 24 Nr. 33 aus AB. – Roccatagliata, Pergamene medievali Savonesi 2, S. 221 Nr. 342 aus Insert in Originalurkunde Heinrichs VII. von 1311 XI 24 (Reg. HVII 00851). – Puncuh – Rovere, Registri della Catena 1, S. 11 Nr. 6 aus C mit Varianten aus A und Abschriften.

Monti, Compendio S. 5, S. 7 und S. 56 (Erwähnungen). – Torteroli, Storia S. 45 (Erwähnung). – Poggi in: Atti e memorie della Società storica Savonese 1, S. 137 (Erwähnung). – Cipolla – Filippi in: Atti e memorie della Società storica Savonese 3, S. 8 Nr. 7. – Poggi in: Miscellanea di storia Italiana serie III/10, S. 338. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286 (irrig als Urkunde für Parma bezeichnet). – Lisciandrelli, Trattati e negoziazioni politiche Nr. 195. – Roccatagliata, Pergamene medievali Savonesi 1, Nr. 79. – BFW 325.

Durch Beschädigungen an den Rändern und im Bereich der Faltungen zerstörte Stellen wurden nach B in eckigen Klammern ergänzt. Der Urkundentext beruht auf dem Diplom Heinrichs VI. für Savona vom 18. November 1191 (Böhmer – Baaken 182, VU). Zusätzlich zu einem aus der Vorurkunde übernommenen Insert wurden in die vorliegende Urkunde die Textanfänge von vier weiteren Notariatsinstrumenten inseriert (1192 November 23; ed. Puncuh – Rovere S. 115 Nr. 72; 1209 Mai 26; ed. ebenda S. 90 Nr. 52; 1198 Februar 20; ed. ebenda S. 107 Nr. 63/64, und 1209 Januar 16; ed. ebenda S. 104 Nr. 61/62).

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. # Imperatorie maiestatis benivolentia eam circa fidelium suorum habere consuevit circunspectionem, ut ea, que ad augmentum eorum pertinent nec ab honore imperii discrepant, innate benignitatis consideratione libenter impertiatur[a]. Nostrorum igitur predecessorum vestigia sequentes, inducti etiam precibus fidelium[b] nostrorum civium et nuntiorum Saone[b], imperiali nostra benignitate civitatem Saone et cives Saonenses tan presentes quam futuros cum omnibus rebus ad eos pertinentibus sub protectionis nostre deffensione recipimus concedentes et confirmantes et nostra preceptali auctoritate corroborantes omnibus hominibus maioribus et minoribus habitantibus in civitate et castro Saonensi et in eorum districtu ipsi quoque civitati Saonensi omnes res et proprietates et iura et honores a iugo maris[c] usque ad Metas montes et usque ad[d] flumen Lerone tam infra civitatem quam extra et villas, libellarias, piscationes, venaciones, que habent vel habere soliti sunt. Insuper etiam iubemus, ut in hiis prescriptis confiniis castella seu municiones non edifficentur nec a marchionibus nec ab aliis aliquibus personis excepto comuni ipsius civitatis. Insuper statuimus, ut nulla superimposita[e] a marchionibus vel a comitibus * vel ab aliis nunciis eorum predictis hominibus fiat vel civitati, scilicet de fodro, de apprehensione hominum

[a] *so A und VU statt* impertiantur
[b–b] um – Saone *von derselben Hand auf Rasur von derselben Hand*
[c] *so A und VU, wohl statt* ad mare
[d] a *durch Riss beschädigt*
[e] *durch Fleck etwas beschädigt*

vel asaltu domorum. Ad maiorem eciam fidelitatis observantiam confirmamus emptionem, quam predicti cives fecerunt ab Ottone de Careto, sicut in instrumento publico continetur. Quas omnes res Baldus[f] Vicius et Bonusiohannes Sacus nuncii iamscripte civitatis tradiderunt[f] in manus nostras a parte comunis[g] seu comunitatis[g] Saone nobis recipientibus nomine imperii iure proprietario. Instrumenti autem supramemorati tenor hic est, in quo predicte res continentur:

Anno a nativitate domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo LXXXXI, indictione nona, die decimo intrante aprili. Ego Otto de[h] Carreto[h] dei gratia Saone marchio pure vendo, trado et confero vobis quatuor consulibus Saone Arnaldo Iolte, Peregrino Rubeo, Bonoiohanni Foldraco et Ardeciono Gotefredi pro comuni Saone ementibus totum id, quod[i] habeo et teneo a sancto Petro de Carpignana infra usque in Saonam et insursum usque in iugum excepta castellania Quillani, et totum id, quod habeo et teneo in Lezino et Lauagnola usque collam de Preocco et a iugo usque ripam maris excepto feudo dominorum Albuzole, quod fuit marchionis Montisferrati, et totum id, quod habeo et teneo in Saona cum toto contili, quod continetur infra predicta confinia, excepto feudo vasallorum, quos habeo in Saona, videlicet Ansaldum Buccaordei, Rubaldum Buccaordei et Peregrinum Rubeum, nil alio in me retento cum omnibus illis rationibus et actionibus, quibus tenebam et possidebam usque ad hoc tempus, abrenuntiando omni iuri et actioni, quibus hec vendicio aliquo modo per me vel aliquam aliam pro me submissam personam per aliquod tempus impediri vel inquietari posset. Insuper promitto vobis prefatis consulibus, quod domina Alda uxor mea remittet vobis omnes suas rationes et actiones in hac vendicione a me vobis facta et quod firmam habebit hanc vendicionem abrenunciando omni iuri et actioni, quibus ipsa predictam vendicionem vel aliqua alia pro ea submissa persona aliquo modo prepedire vel inquietare valeret, precio inter me et vos finito librarum mille quingentarum denariorum Ianuensium, de quo me quietum voco et solutum. Hanc[j] itaque vendicionem et cetera[k]. Possesionem et dominium nichil[l] in me retento vobis tradidisse confiteor. Preterea salvis sacramentis, que[m] a me vobis sunt facta de consiliis et subsidiis exibendis et econverso et salvo sacramento, quod est inter me et vos factum de incastellare infra dicta confinia, que omnia firma et stabilia remaneant, prout sunt cetera, sicut superius[n] sunt[n] scripta, vobis relinquo et trado et cetera. Insuper iuro[o] vobis corporaliter ad sancta dei evangelia hanc vendicionem in perpetuum habere firmam et stabilem et nullo modo ei posse contravenire et etiam tantum plus vobis promitto attendere, quantum unus sapiens

---

[f–f] Baldus – civitatis *von derselben Hand auf Rasur, ursprünglich* tradidit *in* tradider *mit Kürzungsstrich über* er *verb.*
[g–g] comunis – comu *durch Fleck leicht beschädigt*
[h–h] de Carreto *von derselben Hand wohl aus* dei gratia *verb., dabei* c *aus* i, a *durch Rasur aus* g, e *aus* a *und gerader Kürzungsstrich in* r-*Kürzung verb.*
[i] *auf Rasur*
[j] h *durch Rasur wohl aus* I *verb.*
[k] *der Rest des Satzes der VU hier ausgelassen*
[l] c *durch Fleck und Abreibung zerstört*
[m] *durch Abreibung und Loch in der Faltung beschädigt*
[n] ius su *durch Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[o] *zu Beginn des Wortes* I *aus* i *verb.*

homo[p] dicet et statuet legaliter ad hoc, ut istud[q] firmius habeatur et stabilius et cetera[r]. Actum Saona in ecclesia sancti Petri. Signum[s] manuum, qui hanc cartula[m fi]eri rogavit. Testes ad hoc fuerunt convocati: Ansaldus Ferralasinus, Berthol[ot]us[t] Iohannis magistri, Ansaldus de domina Maiolica, Leo, Conradus Durantis, Raymundus Trancherie, Gandulfus Agnelli, Guillelmus Porrus et Cauagnarius. Ego Guido Mediolanensis notarius Saone voluntate utriusque partis scripsi.

Quas omnes predictas res, sicut superius continetur, eas emptas esse, et sicut in manibus nostris a[u] parte[u] imperii date sunt a predictis Saonensibus, investimus nomine legalis feudi Baldum[v] Vicium et Bonumiohannem Saccum[v] recipientes[w] predictam investituram nomine comunis Saone ita, ut comune Saone habeat et teneat omnes prefatas res emptas integraliter et libere et perpetuum iure feudi, pro quo feudo consules Saone seu rectores, qui pro tempore * fuerint, * fidelitatem[x] in principio sui consulatus, quando iurant consolariam, nobis tanquam imperatori et regi et nostris successoribus, qui pro tempore fuerint in imperio et regno ita, ut consules, qui de consulatu exituri erunt, sequentes in introytu iurare faciant. Preterea quoque damus, concedimus et confirmamus imperiali liberalitate vobis Baldoni Vicio et Bonoiohanni[y] Sacco nunciis et ambaxatoribus comunis Saone nomine predicte civitatis, comunis[z], ut omnes homines Saone licenter et libere possint ire, reddire et stare cum suis lignis et navibus a Saona et eius[aa] districtu[aa], quo voluerint navigare et ad propria reddire sine alicuius persone vel loci seu comunitatis contradictione. Et ut omnia, que comune Saone tenet vel possidet et deo propicio iuste acquirere poterit, licenter et libere teneat et possideat. Preterea confirmamus dicto comuni Saone emptionem, quam fecerunt de Quiliano et comperam Albizole et donacionem Stelle factam dicto comuni a marchione Dalfino, prout in instrumentis inde factis continetur, que inferius nominantur. Tenor autem compare Quiliani sic incipit: Anno dominice incarnationis MCLXXXXII, indictione X, VIIII[or bb] kal. decembris. In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Regnante Henrico Romanorum imperatore[cc] augusto[cc] cartulam vendicionis fecit marchio Otto de Careto in manibus consulum Saone ad utilitatem comunis Saone, quorum nomina sunt hec: Ansaldus Hosordei, Ionathas Gotfredi, Bonusiohannes Caluignanus, Papalardus, videlicet de castro et villa et curia sive pertinentiis Quiliani, in quibus continentur Coseola, salvo videlicet iure et possesionibus castellanorum eiusdem castri. Item de loco Uecii cum omni sua curia et omnibus eius pertinentiis, scilicet ut Ansaldus de Quiglano et Raymondus ipsum locum Uecii cum omnibus godiis, que inde percipiuntur, per rectum feudum honorifice a Sagona teneant. Item in Quiglano habent idem Anselmus et Raymondus preter

---

[p] *danach zwischen diesem und dem folgenden Wort eine Beschädigung im Pergament*
[q] d *durch Faltung beschädigt*
[r] *durch Fleck und Riss im Pergament beschädigt*
[s] Sign *mit Kürzungsstrich über* n*, davor Subskriptionszeichen* ss
[t] ot *stark abgerieben*
[u–u] *so A statt* ad partem *VU*
[v–v] Baldum – Saccum *von derselben Hand auf Rasur*
[w] s *auf Rasur von* m
[x] *davor fehlt* iurent*, vgl. VU*
[y] *letztes* i *aus* e *verb. oder wohl eher irrig* i *in* e *verb.*
[z] *davor fehlt* et *A*
[aa–aa] us districtu *von derselben Hand wohl auf Rasur*
[bb] *so A statt* VIIII[o]
[cc–cc] *von derselben Hand wohl auf Rasur*

vetus feudum duos porchetos et duos moltonos et sex modios annone omni anno. Item vendidit iandictis consulibus pro comuni Sagone omnia iura et omnem honorem sive potentatum, quem habet in castro et curia Albuzole et in eius dominiis, et omnia iura, que habet in eo, quod domini Albuzole tenere ab eo visi sunt in porta et ripa Sagone, et si quid aliud in predicta civitate ab[dd] eo[dd] tenere visi sunt. Asseveravit enim iandictus marchio supradictis consulibus, quod domini Albuzole, videlicet Uiualdus et Otto et Henricus, ei facere debent fidelitatem et quod ei munito seu scarito eam partem, quam habet in Albuzola veture[ee], non debent, quin inde guerram et pacem, cui voluerit, faciat. Que omnia ipse marchio iandictis Sagone consulibus vendidit et cessit promittens eis, quod si domini predicti nollent Sagone fidelitatem facere et alia, que de ipsis dicta sunt, adimplere, bona fide eos inde adiuvabit. Insuper vendidit et cessit iandictis consulibus pro comuni omnia omnino iura, que habet a iugo usque ad mare, eos inde absolvendo de omni iuramento, quo ei tenebantur de forciis vel municionibus sive castellis non faciendis et cetera, que in ipso instrumento continentur.

Aliud autem instrumentum de emptione Albuzole sic incipit:

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo nono, indictione VIIII[ff], die[gg] vicesima sexto madii[gg]. Poncius et Petrus filius quondam Iacobi marchionis de Ponzono marchionis atque Henriccus[hh] filius Henrici quondam marchionis Ponzoni, nunc vero monachus de Talieto, ipso Henrico patre suo presente et volente atque confirmante et omne ius suum remittente fecerunt cartam vendicionis in manibus Guillelmi Tortorini Saone consulis nomine et ad utilitatem comunis Saone recipienti, de tercia parte[ii] tocius castri[ii] et ville et curie sive pertinentium Albizole cum omni iure et honore et cetera, que secuntur in instrumento sive in instrumentis factis nomine seu occasione iamscripte emptionis.

Instrumenta autem de facto Stelle sic incipiunt:

Anno nativitatis domini M centesimo[jj] nonagesimo octavo, indictione prima, die vicesimo februarii. In nomine domini. Pactum conventionis[kk] tale fecerunt inter se dominus Dalfinus de Bosc[o et comune Sa]one et dominus Dalfinus de Bosso marchio: primo iuravit conpagnam civitas[ll] Saone in publico parlamento[mm] corporaliter tactis sacrosanctis evangeliis et iuravit[nn] se esse fidelem et veracem comuni Saone et pro his[oo] de sua parte Stelli[pp] fecit donum et dacionem his consulibus Ionate de Gotofredo, Baldo Rubeo, Poncio Caiate, Rubaldus[qq] Buccaordei [pro comuni S]aona recipientibus et cetera, que secuntur.

[dd–dd] *von derselben Hand auf Rasur*
[ee] *so A statt* vetare*,* r *in Kapitälchen aus* l *verb.*
[ff] *so A statt richtig* XII
[gg–gg] die – madii *stark abgerieben, darunter großes Loch im Pergament, A irrig* vicesima *statt* vicesimo
[hh] *so A*
[ii–ii] *stark abgerieben, darunter großes Loch im Pergament*
[jj] *auf Rasur*
[kk] *zweites* o *verb.*
[ll] *so A, fehlt zweiter Mittelschaft des* u *(für* v*),* t *wohl verb.*
[mm] m *aus* l *verb.*
[nn] it *durch Fleck beschädigt*
[oo] *folgt* his de sua parte fecit *durch Unterpunktierung getilgt, danach Rasur eines Wortes (*puram*?)*
[pp] *wohl mit etwas dunklerer Tinte und etwas über der Zeilenlinie in zunächst freigelassenem Raum von derselben Hand nachträglich eingetragen*
[qq] *so A*

Hoc autem aliud instrumentum de facto Stelle sic incipit:

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo[rr] nono, indictione XII, diei sexto decimo ianuarii. Ego[ss] Dalfinus marchio Boschi in presentia Truchi et Arnaldi Iolte quondam Arnaldi Iolte Saone consulum et eorum insinuacione do, cedo et trado atque confirmo tibi Bonauie Rustici sindico [comunis Sa]one recipienti[tt] nomine et auctoritate comunis Saone donacionem et concessionem olim a me comuni Saone factam de medietate Stelle tan castri quam ville et eius curte et territorio[uu] et cetera.

Statuentes, ut [nullus] du[x, mar]chio, [com]es, vicecomes vel etiam nuntius noster, nullum comune civitatis, nullus eciam archiepiscopus vel episcopus vel etiam gastaldio noster, nulla magna vel parva persona, secularis vel e[cclesiastica predictos Saonenses vel comune Saone in predictis rebus] tam antiquitus a predecessoribus nostris * concessis quam a nostra munifica liberalitate indultis, datis et confirmatis inquietare[vv], auferre, exigere[vv], disvestire seu molestare presumat, set ea, sicut a nobis concessa sunt et confirmata, iure perpetuo teneant et nostra freti[ww] auctoritate libere eisdem fruantur[xx] salvo [iure et honore imperii. Quodsi quis temerario auso[yy] hanc precept]alem nostre auctor[itatis paginam] violare sive circumvenire quoquo[zz] modo presumpserit et eos in supradictis[zz] rebus molestare temptaverit[aaa], mille libras puri auri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum comuni Saone. Quod ut melius credatur et verius et ab omnibus diligentius observetur, signo nostro corroborantes [imperiali sigillo iussimus insigniri. Huius autem rei testes sunt]: Wulferus patriarcha Aquilegensis, Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Henricus Mantuanus episcopus, Cameracensis[bbb] episcopus, Rufinus de la Porta Placentinus, Pasaguerra Mediolanensis, Albertus Struzius Cremonensis, Preuidus Placentinus imperialis curie iudices et alii quam plures.

Sicnum[ccc] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Colloniensis archiepiscopi Theoderici[ddd] tocius[ddd] Ytalie arcicancellarii[eee] recognovi; regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii eius primo.

Datum aput Lucam per manum Gualterii imperialis aule protonotarii XIIII kal. decembris, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi M°CCVIIII, indictione XIII.

(SP.D.)[fff]

[rr] *auf Rasur*
[ss] Eg *wohl (aus* et*?) verb.,* o *in den Zwischenraum zum folgenden Wort hinzugefügt*
[tt] *erstes (langes)* i *aus* e *verb.*
[uu] itor *durch dunklen Fleck beschädigt*
[vv–vv] etare – exigere *durch Fleck beschädigt und teilweise zerstört*
[ww] ti *wohl aus* d *verb.*
[xx] ur-*Kürzung abgerieben*
[yy] so *BC*
[zz–zz] quoque modo *und* et – supradictis *durch Faltung beschädigt*
[aaa] *durch Flecken beschädigt,* temp *durch Loch zerstört*
[bbb] *davor Raum für den Vornamen freigelassen*
[ccc] *so A*
[ddd–ddd] Theoderici to *von derselben Hand auf Rasur*
[eee] *so A*
[fff] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica, gelbe und rote Seidenfäden heute verloren.*

*BFW 326.

Otto ernennt Angehörige der Familie A v v o c a t i (di Col di Pozzo) zu Pfalzgrafen und kaiserlichen missi *und bestätigt ihnen die damit verbundenen Rechte, Würden, sowie die Gerichtsbarkeit in bestimmten Gebieten.*

(vielleicht Lucca, 1209 November 16–20)

In der Urkunde Karls IV. von 1355 III 13 (Böhmer – Huber 2003; notarielle Abschrift von 1433 im Archivio di Stato zu Lucca, Archivi dei notari, parte 1°, Nr. 412; ed. [unvollständig] Cianelli in: Memorie e documenti 3/1, S. 143) heißt es: Accedentes siquidem ad nostre maiestatis presentiam nobiles … *(es folgen die Namen von Angehörigen der Familie Avvocati)* de domo Advocatorum de Luca … nobis exponere curaverunt, qualiter olim ipsorum progenitores et adscendentes pro se et heredibus et proheredibus ipsorum constituti fuerunt comites sacri inperialis palatii et missi inperatoris per plures clare memorie divos inperatores et reges Romanorum magnificos, videlicet per olim Fredericum primum, Fredericum secundum et Ottonem quartum predecessores nostros, concessa quoque et confirmata sint dictis comitibus palatinis privilegia, iura, honores et dignitates ac iurisdictiones in certis terris et locis per eosdem inperatores seu reges supradictos ac etiam per *(in der Abschrift irrig* pro*)* recolende memorie olim Iohannem regem Boemie illustrem …, prout in privilegiis ipsorum coram nostra maiestate exhibitis et exaratis … plenius continetur. – *BFW 326.*

*BZ 61.

Otto bestätigt der Stadt L u c c a das Münzrecht.

(nach 1209 Oktober 4, wohl ca. November 16–20)

In einer Erwähnung in der Antica chronichetta, ed. Bongi, S. 230, heißt es zum Jahr 1209: … e del mese di ottobre fue incoronato Otto imperadore di Roma che diede la moneta a Lucha, cioè che la concedeo di fare.
Die anonyme italienische Antica chronichetta stammt aus dem 13. Jahrhundert (vgl. dazu ebenda S. 218). Für die ältere Geschichte Luccas wurde sie im 17. Jh. von Bartolomeo Beverini für seine Annales ab origine Lucensis urbis herangezogen, der ebenfalls von der Bestätigung des Münzrechts durch Otto berichtet: Idem imperator in hospitum gratiam cuncta privilegia ac immunitates priorum caesarum tam sacerdotibus quam populo concessa rata esse iussit cudendae quoque monetae ius ab Othone Lucensibus iterum concessum *(Beverini, Annalium ab origine Lucensis urbis vol. 1, S. 293 f.). – BZ 61.*

BFW 327.

Otto beurkundet mit Erzbischof Siegfried (II.) von M a i n z vor seiner Kaiserkrönung geschlossene Vereinbarungen betreffend die neuerliche Übertragung von Lehen, die schon seine Vorfahren von der Mainzer Kirche innehatten, nimmt die Städte und Burgen der Mainzer Kirche in seinen Schutz und befreit deren Juden und Leute von Bitten des Reichs.

Lucca, (1209) November 20

Original, 365 (–378) + 60 x 397 (–403) mm, im Staatsarchiv zu Würzburg, Erzstift Mainz Urkunden Weltlicher Schrank L 3/2 (A).

Gudenus, Cod. dipl. exhibens anecdota Moguntiaca 1, S. 416 Nr. 157 aus A = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 800 Nr. 302 (zu 1212) = Schönemann, Codex für die practische Diplomatik 1, S. 157 Nr. 80, = Jaffé in: Der Orient 3, S. 383 Nr. 3 Auszug, mit deutscher Übersetzung = Fürst, Urk. zur Geschichte der Juden 1, S. 14 Nr. 3. – Mon. Boica 29/1, S. 555 Nr. 598 aus A. – Schmidt, UB des Eichsfeldes 1, S. 112 Nr. 189 aus A.

*Gruber, Zeit- und Geschicht-Beschreibung Göttingen 3, S. 44 Anmerkung 16 (mit Textauszug), S. 58, S. 94 Anmerkung 45 (Erwähnungen). – Grupen in: Juristisches Wochenblatt 1, S. 95 (mit Textauszug). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 153 Nr. 16 und Sp. 160 Nr. 16 (zu 1212). – Wolf, Politische Geschichte 1, S. 123 und 2, S. 94 (Erwähnungen). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 455 Nr. 75. – Holle in: Vaterländisches Archiv Niedersachsen (1836), S. 92 (zu 1212). – (Knesebeck), Urk. und Reg. 1, Nr. 55 (mit Textauszug). – Scriba, Reg. Hessen 3, Nr. 1211. – Remling, Geschichte der Bischöfe zu Speyer 1, S. 432. – Weidenbach, Reg. Bingiensia Nr. 108. – Köllner, Geschichte S. 37. – (Hanstein), Urkundliche Geschichte 1, Urk. S. 4 Nr. 12. – Tettau in: Jahrbücher NF 1, S. 17 Anmerkung 55 (Erwähnung). – Wiener, Reg. zur Geschichte der Juden Nr. 20. – Meklenburgisches UB 1, S. 197 (Erwähnung). – Stobbe, Juden in Deutschland S. 12 Anmerkung * (mit Textauszug). – Schliephake, Geschichte von Nassau S. 404 Anmerkung **. – Colombel in: Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung 8, S. 116 Anmerkung 1. – Friedländer, Einlager S. 113 (mit Textauszug). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1088. – Heinemann, Heinrich von Braunschweig S. 296. – Böhmer – Will, Reg. Mainzer Erzbischöfe 2, Nr. 131. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Uslar-Gleichen, Beiträge zu einer Familien-Geschichte S. 357 Nr. 15 (mit Textauszügen). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1434. – Aronius, Reg. zur Geschichte der Juden Nr. 379. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 177 (zu 1208). – Hamann, UB Reinhausen Nr. 20. – BFW 327.*

*Wie aus dem Text hervorgeht, hatte Otto noch vor seiner Kaiserkrönung als König mit Erzbischof Siegfried von Mainz Verhandlungen über die Mainzer Lehen der Welfen geführt und die vertraglichen Vereinbarungen beurkundet (*Hiis in statu regio pertractatis regalis scripti munimen addidimus et sigilli*; vgl. das heute verlorene Diplom BFW 286). Es ist sehr wahrscheinlich, dass der damals verfasste Text nun unter Verwendung des Kaisertitels und unter Hinzufügung einiger auf die Kaiserkrönung bezogener Wendungen wortwörtlich wiederholt wurde.*

In[a] nomine domini amen. Dei gratia Otto Romanorum imperator et semper augustus # inspectoribus huius pagine universis in perpetuum. Ea, que ab imperatoribus vel regibus erga suos principes, maxime autem ecclesiasticos[b], sollempni serie pertractantur, ut perhennis efficatie robur obtineant et vigorem, utilissimum est scriptorum testimonio commendari. Eapropter liqueat omnibus et a posterorum memoria non recedat, quod nobis regnantibus necdum imperatoriam consecrationem adeptis super benefitiis, que antecessores nostri tenuerant ab ecclesia Maguntina, cum fideli principe nostro Sifrido eiusdem ecclesie archiepiscopo frequentes sunt habiti diversique tractatus. Consulentibus demum fidelibus nostris principibus et dilectis Iohanne Treuirensi, Theodrico Coloniensi archiepiscopis, Cunrado Spirensi episcopo imperialis aule cancellario pro exhibendis nobis ab archiepiscopo Maguntino feodis memoratis secum egimus diligenter eumque videntes nostre obnoxium voluntati quingentis marcis donare promisimus

[a] *Initiale* I *über zwei Zeilen reichend und durch Verzierungen hervorgehoben*
[b] eccliasticos *A, fehlt Kürzungszeichen über* ecclia

et bona, de quibus nos intromittere ceperamus, sue reliquimus libera potestati, sicut inferius declaratur: patronatum ecclesie de Guttingen, advocatiam in Northeim, iurisditionem et dominium abbatie in Reinhusen omnimodo, quo pie recordationis Cunradus Maguntinus archiepiscopus ipsius novissimus antecessor fruebatur, eadem sine quolibet impedimento dimisimus ecclesie Maguntine. Decimam autem in Rostorf nobis porrexit archiepiscopus ea forma, ut, si nomine benefitii evinceretur ab ipso, nos eum redderemus indempnem. Promisit etiam excellentia nostra castra Glichen sternere seditione temporis et intranquillitate patrie quiescente. Super castro vero Hanenstein, quod dictus S(ifridus) archiepiscopus utpote sibi proprium repetivit a nobis, huiusmodi reservavimus questionem, scilicet ut dicti archiepiscopi[c], Spirensis et Herbipolensis episcopi, qui nostrum moderabantur consilium tam in eundo nobiscum pro imperatorie consecrationis obtentu quam domi manendo meram inde[d] cunctarentur sollicite veritatem et scito per experientiam publice noticie, ipsi archiepiscopo competere ius in castro, nos illud iuberemus eidem cum omni libertatis plenitudine assignari. Si vero restaret ambiguitas qualiscumque, nostra tamen dominatio secum in iudices conveniret, coram quibus ipse archiepiscopus sue possessionis titulum tueretur, nosque iustam moveremus in contrarium actionem, qua si castrum evincere valeremus, de permissione archiepiscopi nostrum esset. Adiecimus autem de gratia habundanti, quod etsi bene nansciscerem[e] ipsius castri dominium, si archiepiscopus inter redeundum a consecrando[f] tale nobis obsequium prestitisset, in quo nostre maiestati complacere deberet, ipse prefati castri maneret dominus et possessor de nostra gratuita voluntate. Consequenter ad perpetuandum circa imperium et nostre serenitatis personam ipsius archiepiscopi favorem, studium et iuvamen secundum ius privilegiatum ecclesie Maguntine, civitates[g] eius et oppida, munitiones et predia sub regiam recepimus tutelam. Liberos et ministeriales sue iurisditioni spectantes frui permisimus iure debito et consueto. Iudeos civitatum suarum et homines censuimus ex parte imperii cuiuslibet petitionis expertes. Item fassallos ac ministeriales ipsius archiepiscopi, principes, comites, liberos inferioresque personas, que lese maiestatis reatum incidissent, suo indulsimus gaudere patrocinio, donec imperialem gratiam sortirentur. Ut autem in hoc arduo negotio et sollempni cum archiepiscopo sic concorditer consummato nostram vertere non possemus in contraria voluntatem, dictos archiepiscopos et episcopos mediatores concordie consiliique datores obligavimus archiepiscopo dedimusque sponsores, ut si pretaxatam seriem mutaremus vel aliquomodo infringere niteremur, iidem contra nos suo ipsi assisterent consilio et favore. Spirensis siquidem episcopus ipsi archiepiscopo in virtute obedientie se astrinxit, ut eo contingente se in locum, quem vellet, transferret non discessurus ab illo, donec emendationem susciperet a nobis archiepiscopus habundantem. Tanta quippe se dicebat cum imperio familiaritate ligatum, ut nunquam se foret opositurus[h] eidem. A simili archiepiscopus sepedictus cognatos, fassallos et ministeriales ipsius, Sifridum de Runkel, Wernherum et Philippum de Bonland(en),

---

[c] *danach zwei Punkte im Abstand etwa einer Buchstabenbreite, möglicherweise für die nicht ausgeführte Initiale eines Vornamens (*Cunradi*)*
[d] *darunter ein senkrechter Schnitt im Pergament von etwa 1 cm*
[e] *so A statt* nancisceremur
[f] *zweites* n *(wohl aus* ti*) verb.*
[g] *erstes* t *in der Falte etwas beschädigt*
[h] *so A*

Wolframum ringravium[i], Walpertum et Gerardum advocatos Pinguie, Embrichonem Wlpem, Giselbertum, Cunradum de foro Rudensheim, Vlbertum de Sunnenberc, Theodricum vicedominum de Rusteberg nobis sponsores tradidit super observantia premissorum. Hiis in statu regio pertractatis regalis scripti munimen addidimus et sigilli. Postremo nobis in apicem imperatorie dignitatis erectis et munus benedictionis apostolice assecutis, quia per multa innotuit argumenta, quod archiepiscopus excellentie nostre tam laudabilem exhibuerat famulatum, ut hiis et amplioribus esset benefitiis non indignus, scripta visui vestro subiecta imperatorio duximus roboranda sigillo. Dat. apud Lvcam XII kal. decembris, indictione[j].

(SP.2.)[k]

[i] n *durch kleines Loch beschädigt*
[j] *Zahlenangabe (*XIII*) fehlt*
[k] *an roten, grünen, blauen und gelben Seidenfäden.*

BFW 328.

Otto gewährt dem Vallombrosanerkloster Santa Maria di Serena eine Verjährungsfrist von mindestens 60 Jahren.

Pisa, 1209 November 20

Notarielle Abschrift von 1306 V 4 im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Vallombrosa, S. Maria d´Acquabella (badia vallombrosana), 1004 (B). – Abschrift des 18. Jh. im Archiv der Abtei Vallombrosa, C IV 7, tom. 5/1, p. 441 (D).

Soldani, Hist. monasterii S. Michaelis de Passiniano 1, S. 162 Nr. 9 (zu 1210) wohl aus B. – Böhmer, Acta S. 214 Nr. 237 aus B.

Mecatti, Storia cronologica 1, S. 54 (zu 1210). – BFW 328.

Otto[a] # quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Cum omnibus imperii fidelibus manum largitatis imperialis ex equitate debeamus porrigere, spetialiter[b] tamen hominibus et personis ecclesiasticis et divino cultui[c] emancipatis, donum imperialis clementie tenemus hylarius[d] impendere. Notum sit igitur[e] omnibus imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos de spetiali[f] dono gratie, quo nos monasterium sancte Marie de Serena respicimus, pro salute nostra ob religionem (et)[g] in[g] favorem M(artini) eiusdem monasterii abbatis ipsi ecclesie concedimus et in perpetuum imperiali auctoritate confirmamus, ut nulla nisi sexagenaria vel amplior contra ipsam ecclesiam prescriptio currat vel effectum aliquem habeat, et quecumque minoris temporis pretendatur prescriptio contra ipsam ecclesiam, vana et vacua permaneat nec aliquem habeat effectum. Ad cuius rei certitudinem presentem paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Dat. apud Pisas XII kal. decembris, indictione XIII[h].

---

[a] *Herrschername in Elongata B,* Otho *D*
[b] specialiter *D*
[c] chultui *B*
[d] hilariter *D*
[e] ergo *D*
[f] speciali *D*
[g–g] in *aus* et *verb. B,* in *D.*
[h] *das Original war laut B mit einem hängenden großen Majestätssiegel aus Wachs versehen.*

BFW 329.

Otto nimmt Bischof Soffredus von P i s t o i a und dessen Kirche in seinen Schutz, bestimmt, dass alle Kirchen der Diözese von genannten Abgaben frei sein sollen und dies auch für die Kirchen von Prato gelten solle.

Florenz, 1209 Dezember 3

Original, 391 + 30 (–42) x 285 mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Pistoia, Vescovado, 1209 dicembre 3 (A).

Zacharia, Anecdotorum collectio S. 241 Nr. 23 wohl aus A. – Fioravanti, Memorie storiche di Pistoja, Documenti S. 55 wohl aus A.

Rosati, Memorie S. 86 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 44 Nr. 59 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – BFW 329.

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Temporalis imperii celsitudo, que orbem terrarum provido munimine moderatur, sacrosanctam ecclesiam ab ipso fidei primordio edictis et favorabilibus constitutionibus premunivit statuens, ut redditis[1] hiis, que sunt cesaris, cesari[1], libera sit ab omnibus gravaminibus tirannorum. Nos autem nostrorum predecessorum vestigia pia sollicitudine imitari volentes iustam petitionem discreti viri Soffredi Pistoriensis episcopi dilecti fidelis nostri benigne admisimus, unde tam ipsum quam ecclesiam sibi commissam sub nostra suscipimus protectione firmiter statuentes, ut ecclesia ipsa cum omnibus ecclesiis per suam diocesim constitutis libera sit ab angariis, parangariis[a] et exactionibus potestatum vel consulum seu comitum civitati Pistoriensi vel episcopatui pro tempore preminentium. Decernimus etiam, ut ecclesie Pratensis districtus, que in Pistoriensi diocesi consistunt, eadem gaudeant libertate et homines de Prato vel comune Pratensium non presumant ipsas ecclesias aliquibus exactionibus pregravare[b]. Item statuimus, ut nulli omnino laicorum liceat a predictis ecclesiis accipere foderum[c] seu collectam vel albergariam. Precipimus insuper potestatibus et consulibus sub debito fidelitatis, ut prefatis ecclesiis nullam in spiritualibus vel temporalibus iniuriam inferant vel gravamen, set earum iura studeant fideliter et utiliter conservare et episcopi querimonias suorumque subditorum recipere diligenter et audire ac illis exhibere et facere plenariam in omnibus rationem. Si autem aliqui hanc nostre imperialis protectionis paginam ausu temerario presumpserint violare, penam sexaginta librarum auri persolvant, medietatem camere nostre et aliam medietatem ecclesiis pretaxatis. Et ut hec protectio nostra inviolata servetur, ipsam iussimus imperialis sigilli robore premuniri. Huius rei testes sunt: Wolfcherus Aquilegensis patriarcha, Corradus[d] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Iohannes Cameracensis episcopus, Wilglelmus[e] Aquensis prepositus, G(unzelinus) dapifer imperii, pincerna[f] imperii, Monachinus Mediolanensis et Preuide Placentinus imperialis aule iudices et alii quam plures.

---

[a] *so A*
[b] *erstes* e *infolge Faltung stark abgerieben, darüber kleines Loch im Pergament*
[c] *so A*
[d] o *durch Abreibung und kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[e] *obere Schrägschäfte des* W *durch Faltung und Loch beschädigt*
[f] *davor Raum für den Vornamen (Walter) freigelassen*

Dat. aput Florentiam anno domince incarnationis millesimo CC° nono, tertio non. decembris, indictione XIII.

(SP.D.)[g]

[g] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

[1–1] *vgl. Mt. 22,21, Mk. 12,17 und Lk. 20,25.*

*BZ 57.

Otto gewährt der (Florentiner) Familie T o r n a q u i n c i das Recht, an einem in der Urkunde beschriebenen Teil des Arno, der sich über eine Länge von nahezu einer Meile erstreckt, ein Wehr zu errichten.

(nach 1209 Oktober 4, wohl Dezember 3)

In den „Memorie della famiglia Tornaquinci" (Florenz, Biblioteca Riccardiana, Ricc. 1885, fol. 4r-4v, nach 1376; vgl. Davidsohn, Forschungen 4, S. 4) heißt es: … e avevano privilegio da Otto inperadore di potere fare peschaia e edifichare in alchuna parte dell´Arno disengniata in sul privilegio chera di lungheza presso ad uno miglio e non era lecito a niuna persona salvo che a figliuoli de Tornaquinci in su quella parte fare veruna chosa sanza loro parola sechondo quel previlegio …. – *BZ 57.*

BFW 330.

Otto nimmt die Bürger der Stadt L u c c a in seinen Schutz und bestätigt ihnen eine Reihe von seinen Vorgängern gewährten Rechte.

Foligno, 1209 Dezember 12

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorię maiestatis a deo nobis iniunctum requirit et exigit officium, ut unicuique fidelium imperii, quod suum est, ęquitatis iure conservemur[a], maxime[1] * fidei domesticis[1] et spiritualem vitam in religione professis, quatenus a deo inde[b] meritum * ab hominibus iustitię laudem consequamur. Eapropter notum facimus omnibus imperii fidelibus tam pręsentibus quam futuris, quod[c] nos intuitu retributionis ęternę hospitale Cruciferorum, quod iuxta Bononiam in strata maiore[d] situm est, et omnia huiusmodi professionis hospitalia in imperio Romano constituta et in domino constituenda et cuncta eorum bona mobilia et imobilia atque possessiones futuras et pręsentes in nostrę protectionis defensionem et custodiam suscipimus et confirmamus. Addimus etiam huic gratię, ut hospitale, quod fuit apud Cesenam, eiusdem professionis cum omnibus attinentiis suis reędificetur et reficiatur statuentes et imperiali auctoritate firmiter pręcipientes, ut nulla prorsus sacri imperii persona contra hoc nostrę maiestatis edictum ea in locis sive rebus aut personis attentare nec aliquibus iniuriarum dampnis[e] seu calumpniis[f] audeat infestare. Quod qui fecerit, maiestatis reus centum librarum auri puri pro pęna componat[g], dimidium camerę nostrę et reliqua iniuriam patientibus personis.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCCX, indictione XIII. Huius rei testes sunt: Vuolflerus[h] patriarcha Aquileiensis, Vbaldus archiepiscopus Rauennas, Henricus Mantuanus episcopus imperialis[i] aulę vicarius, Gullielmus Cumanus episcopus, Maynardus Imolensis episcopus, Gullielmus marchio Montis Ferrati, Gualfredus Brunicella[j] Papiensis imperialis curię iudex et alii quam plures. Dat. apud Imolam quarto idus[k] aprilis.

---

[a] conserventur *D*
[b] in *D*
[c] qui *D*
[d] maiori *D*
[e] dapnis *D*
[f] calupniis *D*
[g] componatur *D*
[h] *so D*
[i] imperiali *D*
[j] *so D statt* Torricella*, vgl. Vorbemerkung*
[k] *so D wohl statt* kal.*, vgl. Vorbemerkung.*

[1–1] *Gal. 6,10.*

BFW 366.

Otto nimmt das Kloster Montmajour in seinen Schutz und bestätigt neben weiteren Besitzungen alles, was ihm von König Konrad (III.) von Burgund gewährt wurde.

Imola, 1210 März 29

Original, beschädigt, in den Archives départementales des Bouches-du Rhône zu Marseille, 2 H 5 priv. 23 (A). – Abschrift des 17. Jh. in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. 13915 (Chantelou, Historia monasterii Sancti Petri Montis-maioris), fol. 186r–186v (E).

Marin de Carranrais, L'abbaye de Montmajour S. 155 Nr. 8 aus A. – Winkelmann, Acta 1, S. 37 Nr. 41 aus A mit Ergänzungen aus Abschrift der Historia des Chantelou in der Bibliothèque Méjanes zu Aix-en-Provence. – Chantelou, Histoire de Montmajour, ed. du Roure, S. 293.

Sternfeld, Verhältniss des Arelats S. 28 Erwähnung. – Roman, Tableau historique 2, S. 55 = Chevalier, Reg. dauphinois 2, Nr. 6109. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 287. – BFW 366.

Das Original ist teilweise schwer beschädigt. Heute gänzlich zerstörte Stellen wurden ohne Anmerkungen in eckige Klammern gesetzt. Die Ergänzungen erfolgten nach E. Als Vorurkunde diente ein Diplom König Konrads III. von Burgund vom 8. Dezember des Jahres 966 (oder 964), DRudolf. 40.

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto q[u]artus divina favente clementia Romanorum [im]perator et semper augustus # Guillelmo abbati Montis Maioris et monacis ibidem deo servient[i]bus imperpetuum gratiam suam et bonam voluntatem. Vobis et universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris notum facimus, quod nos de innata benignitate nostra et pro redemption[e] anime nostre et antecessorum nostrorum monasterium vestrum sancti Petri d[e M]onte Maiore cum omnibus personis, rebus et pertinentiis suis in nostre maiestatis specialem recipimus protectionem et d[ef]fensionem predicto monasterio per hos nostros apices confirmantes omnia, que piissimus rex Conradus eidem suo privilegio confirmavit, videlicet hoc, quod dominus Leo apostolicus atque felicis memorie Ot[to] imperator augustus ac soror Cunradi regis Adelasia imperatrix dicto monasterio concesserunt et insuper hoc, quod Boso Arelatensis comes reddidit ipsi regi Cunrado de terra Sancti Remigii de Frantia * et in comutatu[a] Uapinco cellam, quam vocant Admotam[b] sancti Martini, et in alio loco cellam * Antonaues et in comitatu Aquensi cellam * Roccafrodesa et ad castellum, quod dicitur Ystrum, ecclesias * sancti Petri et * sancti Martini [c]um terris, campis, vineis, salinariis et * terras, quas nominant Sancte Marie[c] Antipolensis, cum servis et ancillis et villam, que dicitur Catarosco[d], cum salinariis et in Martigo unum vas, quod vocant Uenrosa[e], et vallem, quam nominant Sancti Petri, cum tribus ecclesiis * [in loco, qui] dicitur Namarra, et paludes, quas vobis[f] dederunt Lamber[tus et uxor eius] Galburgis cunsensu[g] ac petitione Guillelmi comitis et fratris eius Robaldi, sicut a vobis iuste possidentur in ci[rcuitu ipsius Mon]tis Maioris et protenduntur a columnellis iacentibus[h] in confinio urbis Arelatensis, ubi sunt termini sancti Petri et sancti Ces[a]rii, et diriguntur ad columnam marmoream rectam et exinde claudun[tur] via Balciense, in qua iacent alie

---

[a] *so A*
[b] *so A statt* Alamunto *VU, über* ad *kleines Loch im Pergament*
[c] ie *durch Feuchtigkeitsflecken stark beschädigt*
[d] co *am Pergamentrand stark abgerieben*
[e] rosa *durch Feuchtigkeitsflecken und Faltung stark verblasst*
[f] *folgt Rasur eines Wortes*
[g] *so A*
[h] *gesamtes Wort am Ende der Zeile infolge Faltung stark abgerieben*

colunnelle, et iterum protenduntur usque ad Sanctum Iohannem Delgres et ibi terminantur colunellis fixis a territorio Balciense usque ad Casteletum, item ipsum Castelletum cum suo territorio et suis pertinentiis, item castrum Beduini cum omni integritate sua et pertinentiis suis. Confirmamus[i] eti[a]m vobis et dicto monasterio acquisitiones, sicut iuste a vobis possiden[tur] et acquisite fuerunt a tempore memorati piissimi regis Cunradi, videlicet castrum de Miramas cum integritate et pertinen[t]iis suis, item castrum de Corneliono, item castrum Sancti Genesii de P[o]nte cum omnibus pertinentiis suis, item villam de Palizanna cum [omni iure] suo, item castrum Pertusii cum omni integrit[ate] sua et pertinentiis suis, item castrum de Stoblono cum omni integritate et [p]ert[ine]ntiis suis, item castrum de Paracollo et vill[am] de Core[nse] cum territoriis et pertinentiis suis, item q[uartam] partem castri de Oleres, item medietatem ville Sancti Remegii, item quartam [par]tem castri de Cabannis, item castelletum, quod est subtus Aribel, item castrum de Monte Iouis, item quicquid[j] habetis et iuste possidetis in civitate Arelatensi et eius ter[rit]orio, item hon[o]res sancti Petri aput Tarascum et aput Buchet et aput Bellicadrum et aput Laboradam et aput Alegodes et aput Moleges et aput Auelonigas, item honorem de [Go]bia, item villam Cariloci, item villam Dolunne, i[tem v]illam Sancti Saluatoris de Ualbanes, item villam Sancti Iohannis de S[al]a, item territorium Sancti Petri de Uals, item in comitatu Uie[nnensi] ec[cle]siam Sancti Antonii cum omnibus hiis, que [h]abet in villa Sancti Antonii et villa Sancti Stephani et villa Sancti Marcellini, cum omnibus aliis pertinentiis suis, item villam de Lauxona cum integritate et pertinentiis suis, item castrum de Rouum cum omni iure suo, item villam Sancti Iohannis de Ronts, item villam Sancti Iusti, item villam de Nacum, item villam Sancti Petri de Malaualle, item villa[m] de G[il]g[an]s, [item villam Sancti] Euod[ii]. Hec omnia, sicut ea iuste possidet[is], cum [o]mnibus adiacentiis et perti[ne]ntiis suis et [omnia] alia, que iuste acquisistis aut in posterum [iu]stis modis acquis[ieritis, v]obis et d[icto monasteri]o libe[re], quiete ac pacifice tenenda [confir]mamus et sub protectione et nostra deffensione recipimus, [statue]ntes, quod de cetero non liceat alicui archiepiscopo vel episcopo, duci, [ma]rchi[oni, comiti, vi]cecomiti, potestati seu consulibus vel alicui [communi] seu etiam alicui persone humili vel alte, seculari vel ec[clesiastice], hanc nostre concessionis et confirmationis seu protectionis p[aginam] infringere seu in ali[quo] violare. Quod quicumque facere presumpserit, quinquaginta libras puri auri pro pena comp[onat, med]ietatem camere nostre et reliquam medietatem iniuriam passis. [Ad cuius rei] perpe[tuam] not[itiam] presentem paginam inde conscribi iussimus et imperialis maiest[atis nostre] sigillo communiri. Datum [apud] Ymolam anno dominice incarn[atio]nis M°C°C°X°, indictione XIII, [quarto kal. aprilis, salvo tamen in omnibus iur]e imperii et re[gni Arelatensis]. Huius rei [testes sunt]: Wolfh[erus patriarcha Aqui]legensis, [Hen]ricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Guillelmus Cumanus [episcopus, Iacobus Taurinensis episcopus, Maynardus] Ymolensis episcopus et alii quam pures.

Signum domini Ottonis q[uar]ti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

(SP.D.)[k]

---

[i] *davor mit dunklerer Tinte eine hakenförmige Markierung*

[j] c *von derselben Hand über zweitem* q *nachgetragen*

[k] *der linke Teil der Plica – mit den Einschnitten für die Siegelbefestigung – entlang der Umbugkante über etwa zwei Drittel der Breite abgerissen; kaiserliches Wachssiegel laut E.*

BFW 367.

Otto befiehlt dem Bischof, den Konsuln und der Gemeinde von Avignon, Wilhelm von Sabran zur Rückgabe der Burg und des dem in weltlichen Angelegenheiten unmittelbar ihm unterstehenden Kloster M o n t m a j o u r gehörenden Hauses zu Pertuis zu veranlassen, welche sich dieser angeeignet hatte.

(nach 1209 Oktober 4, wohl 1210 nach Ende März)

Abschrift des 17. Jh. in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. 13915 (Chantelou, Historia monasterii Sancti Petri Montis-maioris), fol. 191v (E).

(Papon), Histoire générale de Provence 2, preuves S. 37 Nr. 35 (p). – Winkelmann, Acta 1, S. 39 Nr. 42 aus Abschrift der Historia des Chantelou in der Bibliothèque Méjanes zu Aix-en-Provence.

Sternfeld, Verhältniss des Arelats S. 28 (Erwähnung). – BFW 367.

Aus einer Randnotiz zum Druck von Papon geht hervor, dass dieser für seinen Text das Archiv von Montmajour benützte. Da sich seine Quelle nicht mehr mit Sicherheit identifizieren lässt, wurden die Varianten unter der Sigle p in den Anmerkungen berücksichtigt.

Otto[a] dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis[b] episcopo, consulibus et toti universitati Auinionensi[c] gratiam suam[d] et bonam voluntaten. Non satis mirari possumus, quod Guillelmus de Sabrano non solum presumpserit comitatum invadere Forcalcheriensem nostro non expectato assensu, sed etiam monasterio Montismaioris, quod nullo mediante ad nos in temporalibus pertinet, nuper abstulit castrum et ipsam domum monachorum de Pertus, quam pacifice diu possederant, et per ipsum, ut dictum est, spoliati dum ad nostram presentiam abbas eiusdem monasterii properaret. Unde mandamus vobis atque precipimus, quatenus ipsum Guillelmum[e] de Sabrano, quibus modis poteritis, compellatis omnia ablata dicto monasterio restituere, ne cogamur duriorem[f] in eum propter suas temeritates dictare sententiam.

---

[a] Otho *p*
[b] *danach drei Auslassungspunkte für den Namen des Bischofs oder dessen Anfangsbuchstaben E*
[c] Avenionensi *p*
[d] *folgt* etc. *anstelle von* et bonam voluntatem *p*
[e] Guilelmum *E*
[f] *fehlt p.*

BFW 368.

Otto nimmt das Zisterzienserkloster S. Maria di Lucedio auf Bitten des Abtes Oglerio in seinen Schutz, bestätigt ihm die genannten Besitzungen, Schifffahrts- und Fischereirechte am Po sowie Weiderechte im Bistum Vercelli, befreit es von der Leistung des Kalumnieneids und von jeglichem Zoll, besonders jenem zu Alessandria, gewährt eine Verjährungsfrist von 100 Jahren und das Recht der freien Veräußerung ihrer Sachen.

Imola, 1210 März

Original, 485 (–516) + 44 (–52) x 477 (–505) mm, im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Materie ecclesiastiche, Abbazia di Santa Maria di Lucedio, Ospedale di Carità, Mazzo 1, Nr. 11 (A).

Irico, Rerum patriae libri III, Dissertatio de S. Oglerio S. 21. – Winkelmann, Acta 2, S. 3 Nr. 3 aus A. – Gasparolo, Cartario Alessandrino 2, S. 145 Nr. 300 unter Auslassung der 1. Zeile aus A.

Zinsmaier, Urk. Tafel 6 (Ausschnitt).

Moriondus, Mon. Aquensia 2, Sp. 644 Nr. 57. – Sincero, Trino e l'abazia di Lucedio S. 279 mit Anmerkung 2. – BFW 368.

Als Vorurkunde diente ein Diplom Friedrichs I. vom 1. Februar 1159 für Lucedio (DF.I. 254).

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Noverit * # tam futurorum quam presentium domini dei ac sacratissimi imperii nostri fidelium sagacitas, quomodo nos pro remedio anime nostre ac peticione Oglerii venerabilis abbatis monasterii[a] beate dei genitricis Marie, quod Locedium dicitur, ipsum monasterium[b] * cum omnibus inibi presentialiter deo famulantibus aut in futuro servituris universisque[c] possesionibus[d], quas aut nunc de iure possidet aut in futurum iustis modis acquirere poterit, cum grangia Gacii et grancia[e] de Septimo Rouedarii[f] et[g] grangia Alerii et Pobleti et grangia[h] ynsule Bremiti et domo Barocie de[i] Aseluengo[g] et domo et[j] terra[j] de Alexandria in imperialis protectionis tutelam recipimus confirmantes eidem monasterio ac nostra preceptione munientes quicquid possidet in Stodegarda et curtem Montis Orioli[k] integraliter et quicquid possidet in Stafila tam terram quam aquam et quicquid possidet in Matasco et quicquid tenet in Cornali cum ipso usu aque fluminis Padi et quicquid tenet in curte Montis Calui et quicquid tenet in curte Sarmatie[l] ex vendicione abbatis sancti Sylani et marchionum de Ozimiano aut aliter ibidem acquisivit et generaliter quicquid ei est donatum a marchione Montisferrati, ab episcopo Vercellensi aut ab aliis

---

[a] *diplomatisches Kürzungszeichen für* n *fehlt*
[b] *diplomatisches Kürzungszeichen für* n *fehlt*
[c] ni *durch Loch in der Faltung großteils zerstört*
[d] *so A*
[e] *so A*
[f] d *wohl gebessert*
[g–g] et – Aseluengo *folgt von erster Hand in freiem Raum nach der Corroboratio und mittels eines Kreuzes als Verweiszeichen an dieser Stelle eingefügt, vgl. Anmerkung u*
[h] ia *infolge Faltung stark abgerieben*
[i] *wohl sofort nachträglich eingefügt*
[j–j] et terra *von erster Hand am Ende der Zeile eingefügt*
[k] r *infolge Faltung abgerieben*
[l] m *infolge Faltung stark abgerieben*

episcopis seu fidelibus donatum aut iuste acquisitum. Confirmamus etiam eidem monasterio insulam Ogerii, insuper ius piscandi[m] ac navigandi in flumine Pado sine contraditione[n] et absque tributo, et per totum Uercellensem episcopatum omnia pecora sua pascendi ius eis concedimus[o]. Ad hec etiam predicto[p] monasterio et fratribus[p] imperiali nostra largimur auctoritate districte precipientes, ut nulla omnino persona nullumque comune eos cogat in causis sacramentum prestare calumpnie in propriis eorum personis vel aliquod pedagium predicto monasterio alicubi auferre, quod pedagium dicto monasterio[q] remittimus et specialiter pedagium de Alexandria. Damus quoque et concedimus dicto monasterio et fratribus, ut nulla obsit eis prescriptio nisi centum[r] annorum et ut res suas, ubicumque voluerint, vendere possint et quocumque modo alienare. Presentis igitur pagine sanctione precipimus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, nulla potestas, nulla civitas, nullum comune nullaque omnino persona ecclesiastica vel secularis, magna vel parva, huius nostre iussionis statutum transgrediatur aut suprascripto Locedii[s] monasterio vel in grangiis seu rebus suis aliquam inferre presumat violentiam aut personas eius iniuste gravando sive possesiones[t] minuendo. Quod si quis hoc nostre constitucionis edictum infregerit, centum libras auri optimi componere cogatur, medietatem nostre camere, medietatem vero prenominato cenobio persoluturus. Ut autem presens hec nostre preceptionis pagina omnibus subsecuturis temporibus rata et inconvulsa permaneat, manu propria eam roborantes sigillo nostro iussimus insigniri[u]. Huius rei testes interfuerunt: Wulfkerus patriarcha Aquilegensis, Vbaldus archiepiscopus Rauennas, Henricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Guil(e)lmus Cumanus episcopus, Maynardinus Ymolensis episcopus, Guil(e)lmus marchio Montisferrati, Yzolinus de Onaria, Salinguerra de Ferraria et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris[v] invictissimi. # (M.)

Ego # Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie[w] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°X°, indicione XIII, regnante domino Ottone Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XII, imperii vero primo.

Datum per manum Gualterii prothonotarii aput Ymolam in mense martii[x].

(SP.D.)[y]

---

[m] d *wohl gebessert*
[n] e *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[o] once *durch Riss in der Faltung zerstört*
[p–p] to – fratribus *infolge Faltung abgerieben*
[q] *diplomatisches Kürzungszeichen für* n *fehlt*
[r] t *infolge Faltung stark abgerieben*
[s] ii *infolge Faltung abgerieben*
[t] *so A*
[u] *folgt* et – Aseluengo*, mittels eines Kreuzes als Verweiszeichen in die Dispositio einzufügen, vgl. Anmerkung g*
[v] *infolge Faltung stark abgerieben,* tor *durch Loch großteils zerstört*
[w] *leicht abgerieben*
[x] tii *infolge Faltung stark abgerieben*
[y] *rote, grüne und weiße Seidenfäden erhalten.*

*BFW 364.

Otto urkundet für das Zisterzienserkloster Staffarda.

Ferrara, 1210 (Ende März)

In der Cronica di Monferrato des Galeotto del Carretto, in: Monumenta historiae patriae. Scriptorum tom. 3, Sp. 1149, heißt es: Nell´anno mille ducento et deci, regnando Otto quarto imperatore de Romani, nel duodecimo anno dil suo regno, et anno primo dil suo imperio, fu fatto appresso Ferrara uno privilegio di l´abbatia di Staffarda, et fra gl'altri fuo testimonio questo marchese Gulielmo … . *Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 156. – Gabotto – Roberti – Chiattone, Cartario Nr. 116 (zu 1210 III 25). – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 161 (zu 1210 III 25). – BFW 364.*

BFW 373.

Otto setzt Jakob von Vigodarzere, Kanoniker und Archidiakon von Padua, und den Richter Zanbonetus *als Prokuratoren Bischof Ger(ards) von Padua ein und investiert sie für diesen und die bischöfliche Kirche von Padua mit deren rechtem Lehen.*

Im kaiserlichen Palast zu Parma, 1210 April 8

Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca antica del Seminario vescovile zu Padua, Cod. 581/2 (Giovanni Brunacci, Codice diplomatico Padovano vol. 2), p. 1557 (C). – Abschrift vom Ende des 18. Jh., ebenda, Cod. 584/3 (Giuseppe Gennari, Raccolta di documenti inediti vol. 3), Nr. 2155 (D).

Biancolini, Serie cronologica S. 23 unvollständig wohl aus C.

BFW 373.

Anno domini MCCX, indictione XIII, die VIII intrante aprili, presentibus his testibus Wilielmo prevosto de Assia capella, Wiffredo de Toresella imperialis aule iudice, Aledardo dei gracia Veronensse episcopo, Matheo dei gracia Cenedensse episcopo, Rotondello potestate Verone[a], Enrico canonico Pad(ue), Todesco de Verona[b] et aliis dominus Oto dei gracia Romanorum imperator et semper augustus investivit Iacobum de Vicoageris[c] canonicum Pad(ue) et archidiaconum et Zanbonetum iudicem procuratores[d] domini Ger(ardi) dei gracia Pad(ue) episcopi et pro ipso episcopo et episcopatu Pad(ue) de suo recto feudo et de sua racione[e].

Actum in Parma supra palacium domini imperatoris[f].

Ego Aldrigetus sacri palacii notarius interfui et iussu eorum scripsi.

---

[a] Uerone *C*
[b] Uerona *C*
[c] Uicoageris *C*
[d] pcuratores *C*
[e] *folgt* etc. *D*
[f] inperatoris *CD, dabei* n *aus* m *verb. D.*

BFW 374.

Otto nimmt das Zisterzienserkloster C e r r e t o in seinen Schutz, befreit es von allen Abgaben und Leistungen sowie von der Verpflichtung zum gerichtlichen Zweikampf und bestätigt ihm seine Privilegien und Lehen.

Parma, 1210 April (ca. 8–12)

Insert in der Urkunde Heinrichs VII. von 1311 I 3 (B), heute verloren; davon zwei notarielle Abschriften von 1367 X 25 im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 340, Tav. 29 cart. 2 n. 26 (B´) und (B´´). – Abschrift in Prozessakten von 1375 VII 14 (C), heute verloren; davon Abschrift von ca. 1510 im Archivio di Stato zu Mailand, Archivio generale del Fondo di religione 5236, Ms. "Privilegia Abbatię Cerreti", fol. 20r-20v (C´). – Abschrift des 15. Jh. ebenda, Archivio generale del Fondo di religione 5236 (D).

Winkelmann, Acta 1, S. 40 Nr. 45 wohl aus B´, B´´ (w).

BFW 374.

Die Übereinstimmungen mit einer am 4. März 1210 ausgestellten Urkunde für S. Maria della Colomba (BFW 357) sind durch Unterstreichung gekennzeichnet.

Otto[a] dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos littere iste pervenerint, salutem[b] et omne bonum[b]. Decet[c] providenciam principalem[d] in comune cunctos protegere et fovere, set eos maxime, quos divinis obsequiis devotius credimus mancipatos. Hinc est, quod ad universorum volumus noticiam pervenire, quod nos superne gratie reverentiam exhibentes monasterium de Cerreto[e] cum personis et rebus omnibus sub nostra specialius[f] protectione recipimus[g] et ab omnibus exactionibus et collectis et datis vel aliis serviciis et gravaminibus[h] civitatum vel quorumlibet aliorum locorum[i] liberum[i] et absolutum precipimus conservari. A duello quoque faciendo per campionem vel alio modo[j] absolvimus precipientes, ut[k] in[l] nulla[k] causa ad duelli deffensionem cogantur. Privilegia quoque et beneficia eis indulta cum universis[m] mobilibus et immobilibus, que ab eis rationabiliter possidentur vel de cetero poterunt iuste conquiri, imperiali confirmamus auctoritate. Quicumque autem contra hoc nostre serenitatis indultum venire temptaverit vel aliquod gravamen eis pro predictis intulerit, decem librarum auri pena mulctetur, medietate fisco nostro, medietate monasterio inferenda.

Dat. apud Parmam[n] millesimo[o] ducentesimo decimo[o], indictione terciadecima, in mense aprilis[p].

---

[a] *folgt* quartus *w*
[b–b] graciam suam et bonam voluntatem *w*
[c] *fehlt C´D, in D von anderer Hand nach* fovere *nachträglich über der Zeile eingefügt*
[d] imperialem *w*
[e] Cereto *B´B´´D*
[f] speciali *C´D*
[g] accipimus *C´*
[h] *folgt* et statutis *w; vgl. BFW 394*
[i–i] *durch Löcher in der Faltung teilweise zerstört B´´,* liberum *nachträglich über der Zeile eingefügt C´*
[j] *folgt* ipsum monasterium et fratres *w*
[k–k] *durch Löcher in der Faltung teilweise zerstört B´´*
[l] *fehlt B´*
[m] *folgt* quoque *w*
[n] *Lesung in D unsicher, möglicherweise r aus l verb.*
[o–o] MCCX[o] *D*
[p] *Wachssiegel an gelben Seidenfäden laut C´.*

BFW 375.

Otto befreit den Abt des Zisterzienserklosters C e r r e t o von der Leistung des Kalumnieneides und gestattet ihm, sich bei der Eidesleistung durch einen Syndicus vertreten zu lassen.

Parma, 1210 April (ca. 8–12)

Original, 187 + 38 x 204 mm, im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 340, tav. 29 cart. 1 n. 3 (A).

Winkelmann, Acta 1, S. 41 Nr. 46 aus A.

BFW 375.

Die in BFW 374 gleichlautenden Passagen sind unterstrichen.

Otto # dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos littere iste pervenerint, gratiam suam et bonam voluntatem. Decet providentiam principalem pietatis intuitu iuris civilis rigorem interdum restringere et censuram legalem circa religiosas personas dispensando provide relaxare. Inde est, quod ad universorum volumus noticiam pervenire, quod nos divine clementie reverentiam exhibentes adtendentes Cisterciensis ordinis honestatem, abbatem de Cerreto tam presentem quam successores á prestatione sacramenti de calumpnia absolvimus et oraculo presentis edicti in hac parte non obstante lege Iustiniani vel aliqua civium institutione libertatis privilegio communimus. Unde precipimus universis, ut nullus eum[a] sacramentum de calumpnia prestare compellat vel pro eius recusatione aliquod cause dispendium inferre presumat, nam quod auctoritate nostra remittitur, sacrilegum est velle[b] pertinaciter temerare. Si quod etiam iusiurandum videtur necessarium pro instrumentis, que postulantur, vel pro simili facto, nullatenus[c] persona abbatis ad hoc cogatur, set per sindicum[d], quod ratio postulat, compleatur. Sufficere quidem debet negocia monasterii expediri per sindicum constitutum, ut pastor liberius oret pro populo dei et super commissum gregem invigilare valeat diligenter.

Datum[e] apud Parmam M^{o}CC^{o}X^{o}, indictione XIII, in mense aprilis[e].

(SP.D.)[f]

---

[a] *erster Schaft des* m *aus* e *verb.*
[b] *zweites* e *durch Loch in der Faltung zerstört*
[c] at *durch Fleck stark verblasst*
[d] d *wohl aus* c *verb.*
[e–e] *von anderer Hand mit dunklerer Tinte nachgetragen*
[f] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

BFW 379.

Otto nimmt stellvertretend für alle Angehörigen der Familie der Grafen von Castello Konrad, den Sohn des Ubert Crollamonte, Andreotto Barbavara, Martin Abbas und ihre Erben mit sämtlichen Lehen sowie gegenwärtigen und zukünftigen Gütern in seinen Schutz und bestätigt ihnen die angeführten Besitzungen und Rechte.

Piacenza, 1210 April 15

Zwei unvollständige Abschriften der Mailänder Chronik „Flos Florum" (D) vom Anfang des 15. Jh. im Archivio di Stato zu Mantua, Archivio Gonzaga busta 416, fasc. 4, fol.144v–145r (D´) und vom Ende des 15. Jh. in der Biblioteca Nazionale Braidense zu Mailand, AG IX 35, fol. 159r–159v (D´´). – Abschrift vom Ende des 16. Jh., Aufbewahrungsort nicht bekannt, davon Foto im Archiv der MGH (E´). – Notariell beglaubigte Abschrift von 1712 I 26 (F), heute verloren, davon notariell beglaubigte Abschrift von 1712 I 27 im Archivio di Stato zu Novara, Manoscritti Biblioteca Civica, Pergamene fondo Isola S. Giulio Nr. 26 (F´).

Moriondus, Mon. Aquensia 2, Sp. 551 Nr. 52 „ex schedis Cl. Terranei" (m). – Statuta communitatis Novariae in: Historiae Patriae Monumenta 16. Leges municipales 2, Sp. 812 aus Abschrift von F´ in der Biblioteca Ambrosiana zu Mailand = Ceruti, Statuta communitatis Novariae S. 383. – Bianchetti, L´Ossola inferiore 2, S. 108 Nr. 35 aus dem Original (b). – Morandi, Carte del Museo Civico S. 58 Nr. 39 aus F´ mit Lesarten Cerutis und Bianchettis. – Colombo, Cartario di Vigevano S. 177 Nr. 72 aus D´´F´bm sowie weiteren Abschriften und Drucken.

Bianchini, Dissertazione § XXXVI (Erwähnung). – Giulini, Memorie di Milano 6, S. 390 = ed. II. 3, S. 703. – Giulini, Memorie di Milano 7, S. 238 (mit Textauszug aus F´) und S. 570 = ed. II. 4, S. 174 (mit Textauszug) und S. 149. – Robolini, Notizie 4/1, S. 82 (Erwähnung). – De-Vit, Il Lago Maggiore 1/1, S. 379 (Erwähnung, mit Textauszug). – Tonetti, Storia della Vallesesia S. 278. – Colombo in: Viglevanum 1, S. 258 mit Anmerkung 1. – BFW 379.

Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 2. Dezember 1191 (Böhmer – Baaken 193.

In[a] nomine sanctę et[b] individuę trinitatis[a]. Otto[c] quartus[d] divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis munificentię[e] dignitas exigit[f], ut omnes ad sinum misericordię nostrę confugientes consuetę benignitatis manu suscipiamus et[g] dignis eorum petitionibus efficaciter adquiescamus[g]. Eapropter omnibus Christi fidelibus tam futuris quam pręsentibus volumus esse cognitum, quod nos[h] fideles nostros[i] Conradum filium Vberti[j] Crolamontis de Castello pro se et[k] Martignone, Andreotum[l] Barbauaria[m] pro se et omnibus consanguineis suis dela Cà de Mezzo, Martinum Abbatem pro se et heredibus Abbatis et Martii[n] et Guillielmi[o], omnes de Castello, omnes prędictos scilicet comites de Castello cum omni beneficio suo atque cum universis rebus iuste conquisitis et iuste

---

[a–a] In nomine sancte *und* trinitatis *durch Kapitälchen hervorgehoben E´*
[b] *fehlt D´´*
[c] Otho *F´m,* Oto *E´*
[d] IV *F´m*
[e] magnificentie *D´D´´*
[f–f] *D´D´´* etc., *danach* ut – nostris *folgendermaßen paraphrasiert*: concessit nobilibus de Barbauariis, qui et comites de Castello, universa bona iuxte acquisita et acquirenda et sub sui protectione imperii sicut a predecessoribus suis
[g–g] et – adquiescamus *fehlt m*
[h] *fehlt E´F´m*
[i] vestros *E´F´*
[j] Uberti *bm*
[k] *fehlt E´F´*
[l] Andreottum *F´m,* Andreolum *b*
[m] Barbavaria *bm*
[n] Mantii *E´F´m*
[o] Guillermi *E´F´,* Guilliermi *m*

conquirendis tam mobilibus quam immobilibus ubicumque constitutis sub nostri mundiburdii protectione suscipimus, sicut a predecessoribus nostris[f] retro[p] divis principibus, idest Carolo[q] sanctę memorię, Ottone, Henrico[r] et aliis imperatoribus hactenus eorum maiores fideles regni suscepti[s] sunt[s]. Possessiones quoque[t] et eorum iura, videlicet castrum sancti Angeli cum curte et omni honore ad ipsam curtem pertinente et ripam[u] Pallantię cum mercato et tholoneo[v] et castrum de Cerro cum tholoneo[w] et[x] aliis honoribus[y], cum[z] Toxa[aa] et[bb] fluminibus, quę[cc] de Valle Oxola[dd] descendunt, cum flumine etiam Strona[ee] et cum omni honore ad ipsam curtem de Cerro pertinente[ff], advocatiam quoque quorundam hominum monasteriorum et districtuum in prędicta valle, quod hactenus possederunt, imperiali auctoritate nostra prędictis fidelibus nostris concedimus et confirmamus. Pręterea omnia loca eorum, videlicet[gg] castrum de Cauallo[hh] et castrum de Agamio, Reuislatum[ii] et Gatticum[jj] et Caron[kk] et castrum Mairanum[ll] cum suis pertinentiis et, quicquid eis pertinet in Pombia[mm] cum omni honore, districto et fodro ibidem pertinenti[nn] et tholoneis[oo] etiam[pp], et mercatum de Scozola[qq] ex utraque parte fluminis, portum etiam de Sexto[rr] eisdem fidelibus nostris concedimus et, ut in omnibus prędiis suis habeant potestatem legem faciendi, lites deffiniendi[ss] sive per

---

[p] *hier Punkte für ein unleserliches Wort b*
[q] Karolo *D´D´´*
[r] Enrico *F´m,* Henrici *D´D´´*
[s–s] suscepit, sunt *D´D´´*
[t] *fehlt D´D´´*
[u] rippam *D´D´´F´*
[v] theloneo *b*
[w] theloneo *b*
[x] vel *m*
[y] honorantiis *D´D´´*
[z] *fehlt D´D´´*
[aa] Taxa *D´D´´*
[bb] *folgt* aliis *m*
[cc] qui *D´b*
[dd] Oxolle *D´D´´,* Oxula *b,* Ossola *m*
[ee] Scorna *D´,* Storna *D´´,* Strone *m*
[ff] *folgt ein Zeichen (wohl zur Interpunktion) F´,* pertinentem *E´bm*
[gg] s*(*cilicet*) D´D´´*
[hh] Cavallo *bm*
[ii] *fehlt D´D´´,* Revislatum *bm*
[jj] Garicum *D´D´´,* Gaticum *E´*
[kk] Cayon *D´D´´*
[ll] Mayranum *D´D´´*
[mm] pbib *mit Kürzungsstrich D´D´´*
[nn] pertinent *D´D´´*
[oo] colloneis *D´,* coloneis *D´´,* theloneis *b*
[pp] eis *E´F´,* eius *b,* suis *m*
[qq] Scozulla *D´D´´,* Scazola *F´*
[rr] *wohl* Sento *F´*
[ss] discutiendi *D´D´´,* definiendi *bm*

duella[tt] sive[uu] per[vv] alia legis instrumenta, veluti si[ww] ipsa legalis[xx] actio coram nostra pręsentia ventilaretur[yy], statuentes atque pręcipientes, ut nullus archiepiscopus, dux, comes, marchio, vicecomes nec aliqua magna vel parva persona prędictos fideles nostros de prędictis eorum possessionibus molestare pręsumat[zz]. Similiter etiam allodia[aaa] dominę Bertę uxoris Manfredi de Castello in nostram protectionem sicut omnia supradicta suscipimus. Si quis igitur huic nostrę scripturę temere contraire[bbb] temptaverit[bbb], centum libras auri optimi, medietatem nostrę camerę et medietatem[ccc] nostris fidelibus[ccc] prędictis solvet. Et ut hęc omnia firma et illibata permaneant[ddd], pręsentem paginam[ddd] sigilli nostri impressione signari pręcepimus. Huic autem nostrę maiestatis indulto interfuerunt: Henricus Mantuanus episcopus imperialis aulę vicarius, Villelmus[eee] Cumanus episcopus, Villelmus[fff] marchio Montisferrati, Vzolinus[ggg] de Onaria[hhh], Salenguerra[iii] de Ferraria[jjj], Galfredus de Turricella[kkk] Papiensis imperialis curię iudex, Albertus Trucius[lll] Cremonensis curię iudex et alii quam plures.

Acta sunt hęc anno ab incarnatione domini MCCX, indictione XIIII, regnante domino Ottone[mmm] Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XII, imperii vero primo. Dat. Placentię XV die mensis aprilis.

Signum domini Ottonis[nnn] quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)[ooo]

Ego Conradus Spirensis[ppp] episcopus imperialis aulę cancellarius[qqq] vice domini Theodorici[rrr] Coloniensis archiepiscopi et totius Italię archicancellarii recognovi.

[tt] duelle *D´D´´*
[uu] *D´D´´ folgt* aliter etc. prout in ipso privilegio plenius continetur*, danach die Datierung und Rekognition in Paraphrase:* Dat. Placentie anno ab incarnatione domini MCCX, indictione XIII[a], anno regni eius XII, imperii vero anno primo, die XV mensis aprilis provisa per dominum Conradum Spirensis imperialis aule cancellarium vice domini Theodorie Coloniensis archiepiscopi totius Italie archicancellarii.
[vv] *fehlt F´m*
[ww] in *b*
[xx] legis *b*
[yy] ventillaretur *E´m,* ventilarentur *b*
[zz] pręsumant *E´F´,* presumant *b*
[aaa] alodia *F´*
[bbb–bbb] aire temptav *durch Loch am unteren Blattrand zerstört E´,* contrahire *F´m*
[ccc–ccc] ietatem nostris fide *durch Loch am unteren Blattrand zerstört E´*
[ddd–ddd] ant presentem paginam *durch Loch am unteren Blattrand zerstört E´*
[eee] Willelmus *b*
[fff] Willelmus *b*
[ggg] Uzolinus *b,* Izolinus *m*
[hhh] Omaria *F´*
[iii] Galenguera *b*
[jjj] Feraria *b*
[kkk] Turicella *b*
[lll] Irucius *b*
[mmm] Otone *E´*
[nnn] Otonis *E´*
[ooo] *Nachzeichnung des Monogramms in E´*
[ppp] Spnensis *E´*
[qqq] canzellarius *E´*
[rrr] Theodori *E´F´m, Theodorie D´D´´, vgl. Anmerkung uu.*

BFW 382.

Otto investiert den Abt Turrisendo des Klosters S. Zeno zu Verona wie seine Vorgänger mit Lehen und Regalien, bestätigt ihm die Privilegien und nimmt dessen Treueeid entgegen.

Im Bischofspalast zu Mailand, 1210 April 20

Notarielle Abschrift von 1723 IX 25 (E), heute verloren; davon Abschrift von 1740 im Archivio di Stato zu Verona, S. Zeno Maggiore, b. 1, Registri n. 1 (Privilegia monasterii S. Zenonis maioris Veronae Tom. 1), fol. 110r–111v (E´).

Biancolini, Notizie storiche delle chiese di Verona 5/1, S. 108 Nr. 39 aus dem Archiv zu San Zeno (b)= (Cavattoni), Memorie S. 259 Anm. 117.

BFW 382.

In nomine domini nostri Iesu Christi et sanctę ac divinę trinitatis amen. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo decimo, indictione terciadecima, die undecimo exeunte mense aprili, in civitate Mediolani in episcopali palacio in presentia domini comitis Dami, dominorum comitum Zilii […][a] de Curtenova[b], domini comitis Alberti de Garda, domini Galvagni filii domini Ottoneli[c] de domino Turisendo[d], domini Frederici, domini Boti de Seratico, domini Bonadici de Grepis, domini Boninsigne[e] de Castello, domini Alberti de domino Tomasino, domini Presbiteri Ioannis Imperatoris, domini Martini de Tarvisio, domini Drudi Marcelini, domini Wilielmi de Pusterla, Xandrini, qui fuit de Arcole, Riprandi de Sancto Martino, Vuldonis de Tumba et aliorum testium rogatorum. Ibi cum dominus Turisendus[f] gratia dei abbas monasterii beati sancti Zenonis protectoris[g] sancti[h] Veronensium peteret investituram domino Otoni[i] imperatori Romanorum semper augusto de illo feudo, quod olim alii abbates dicti monasterii et illud monasterium visi erant habere et detinuisse per alios imperatores, et specialiter de omni regalia imperatoris, quam alii imperatores dederant et concesserant dicto monasterio et abbatibus illius monasterii pro monasterio, et specialiter illas dationes, concessiones, quas olim imperatores Fredericus[j] et Henricus dederant et concesserant dicto monasterio et abbatibus illius monasterii pro monasterio, secundum quę in privilegiis dicti monasterii continebantur tam vetera quam nova, qui dominus Oto[k] imperator et semper augustus habito quoque consilio suorum sapientum et amore dei et beati sancti Zenonis protectoris[l] sancti civitatis Veronę investivit dictum dominum Turisendum[m] abbatem dicti monasterii pro monasterio cum imperiali setro[n] de toto illo feudo, quod alii abbates pro eo monasterio

---

[a] *durch Punkte gekennzeichnete Lücke in E´und b*
[b] *E´und b* Arcenova*, über der Zeile von erster Hand korrigiert E´*
[c] Toneli *b*
[d] Turrisendo *b*
[e] Boninsegne *b*
[f] Turrisendus *b*
[g] corporis *E´*
[h] *fehlt b*
[i] Ottoni *b*
[j] Federicus *b*
[k] Otto *b*
[l] corporis *E´, davor überflüssig* corporis *b*
[m] Turrisendum *b*
[n] sceptro *b*

habuerant[o] et tenuerant[p] pro ipsis imperatoribus, et specialiter de omni illa regalia imperatoris, quam olim detinuerant vel habuerant, secundum quod in privilegiis monasterii continebatur. Quę privilegia ipse dominus Oto[q] imperator confirmabat et laudabat et quę ipse abbas dicebat se ibi habere non posse propter werram civitatis Veronę, hoc ordine et pacto, quod ipse abbas pro monasterio et eius successores debeant habere et tenere omnes suas terras et possessiones pręfati monasterii cum omnibus honoribus, dominationibus, iurisdictionibus et iuribus venandi, paizandi[r], pasculandi, pescandi[s], in nemoribus incidendi et […][t] comunia, ius redendi et rationes faciendi in omnibus suis terris adversus homines habitantes in terris monasterii vel in districtu curiarum monasterii, ubicumque sint tam in districtu Veronę quam in aliis suis terris, secundum quod ipsemet imperator facere posset et secundum quod ad imperatorem spectat[u] et quod de iure imperatoris est facere de quibus honoribus, dominationibus, iurisdictionibus consueti sunt habere. Et ei domino abbati pro eodem monasterio omnia dicta concessit et dedit atque donavit salvo eo, quod ipse abbas et alii sui[v] successores teneantur facere fidelitatem ei imperatori vel illis, qui pro tempore fuerint, vel omnia alia servitia facere, secundum quod alii regalia imperatoris[w] et imperii consuerverunt facere. Qui dominus Turisendus[x] posuit dexteram in manibus dicti domini imperatoris Otonis[y] et osculatus fuit eum nomine fidelitatis et ipse abbas iuravit ei domino Ottoni imperatori contra omnes homines sive personas salvo iure monasterii, si quod[z] facere debet, fidelitatem.

Ego Wiermannus domini Henrici regis notarius rogatus interfui et scripsi.

---

[o] habuerunt *E´*
[p] tenuerunt *E´*
[q] *so aus* Otto *verb. E´,* Otto *b*
[r] pazandi *b*
[s] piscandi *b*
[t] *durch Punkte gekennzeichnete Lücke in E´ und b*
[u] expectat *E´b*
[v] *fehlt b*
[w] *irrig zweimal E´*
[x] Turrisendus *b*
[y] Ottonis *b*
[z] quid *b.*

BFW 383.

Otto nimmt das Zisterzienserkloster Chiaravalle Milanese in seinen Schutz, befreit es von allen Abgaben und Leistungen sowie von der Verpflichtung zum gerichtlichen Zweikampf und bestätigt ihm seine Privilegien und Lehen.

Mailand, 1210 April 22

Abschrift des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 340, Tav. 29 cart. 1 Nr. 2 (B).

Winkelmann, Acta 1, S. 47 Nr. 50 aus B.

Sassi, Archiepiscoporum Mediolanensium series 2, S. 636 (Erwähnung mit Wiedergabe der Datierung). – Giulini, Memorie di Milano 7, S. 570 und S. 240 (Erwähnung) = ed. II. 7, S. 150 und 4, S. 176 (Erwähnung). – Caffi, Chiaravalle S. 17 (Erwähnung) und S. 36 (Erwähnung mit Wiedergabe der Tagesangabe). – Savio, Antichi vescovi d'Italia: Lombardia 2/1, S. 355 (irrig zu April 2). – BFW 383.

Der Text stimmt weitestgehend wortwörtlich mit jenem der Urkunde Ottos für das Zisterzienserkloster Cerreto (BFW 374; Vorurkunde) überein.

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator[a] et semper augustus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos littere iste pervenerint, gratiam suam et bonam voluntatem. Decet providentiam principalem in comune cunctos protegere et fovere, set eos maxime, quos divinis obsequiis devotius credimus mancipatos. Hinc est, quod ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nos superne gratie reverentiam exhibentes, attendentes quoque Cisterciensis ordinis honestatem, monasterium Careuall(is) Mediolan(ensis) cum personis et rebus omnibus sub nostra spetialius protectione recepimus et ab omnibus exactionibus et collectis et datis vel aliis serviciis[b] et gravaminibus et statutis civitatum vel quorumlibet aliorum locorum liberum et absolutum precipimus conservari. A duello quoque faciendo per camphionem vel alio modo ipsum monasterium et confratres absolvimus precipientes, ut in nulla causa ad duelli defensionem cogantur. Privilegia quoque et benefitia eis indulta cum universis quoque mobilibus et immobilibus, que ab eis rationabiliter possidentur vel de cetero poterunt iuste conquiri, imperiali confirmamus auctoritate sub debito fidelitatis precipientes, ut predicta omnia inviolabiliter observentur. Quicumque autem contra hoc nostre serenitatis indultum venire temptaverit vel aliquod gravamen eis pro predictis intulerit, decem libras auri pena mulctetur, medietate fisco nostro, medietate monasterio inferenda. Testes huius rei sunt: Lotterius archiepiscopus Pisanus, Aliprandus episcopus Vercellensis, Henrichus episcopus Mantuanus imperialis aule in Ytalia vicarius, Guillelmus episcopus Cumanus, comes Egidius de Curtenoua, Sallinguerra de Ferrano[c], Henrichus camerlengus.

Dat. apud Mediolanum milleximo ducenteximo decimo, die nono exeunte aprile, indictione XIII[ma].

---

[a] *stark abgerieben B*
[b] *stark abgerieben B*
[c] *so B statt* Ferrarie.

BFW 384.

Otto nimmt das Kloster S. Ambrogio zu Mailand nach dem Vorbild Kaiser Heinrichs VI. mit allen Personen und Gütern in seinen Schutz, bestätigt ihm die von diesem erneuerten Schenkungen Ottos III. sowie die genannten von Heinrich V. gewährten Besitzungen und Rechte.

Mailand, 1210 April 23

Original, 528 (–536) + 54 (–60) x 435 (–452) mm, im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 340, T. 29, c. 1, Nr. 1 (A).

Aresius, Series abbatum S. Ambrosii, Exemplaria S. 29 (Erwähnung) und S. 81 wohl aus A. – Morbio, Storie dei municipi Italiani 3, S. 179 Nr. 17 wohl aus Aresius. – Fois, Le carte santambrosiane S. 99 Nr. 27 aus A.

Milano e la Lombardia in età comunale S. 354 Nr. 160 (Abb. einer dem Original beiliegenden Abschrift des 15. Jh. mit ausführlichem Regest).

Sassi, Archiepiscoporum Mediolanensium series 2, S. 636 (mit teilweiser Wiedergabe der Datierung). – Giulini, Memorie di Milano 7, S. 240 (mit Wiedergabe der Datierung und Anführung einiger Zeugennamen) und S. 570 (Erwähnung) = Giulini, Memorie di Milano ed. II. 4, S. 176 und ed. II. 7, S. 150. – Moriondus, Mon. Aquensia 1, Sp. 483 Nr. 41. – Gasparolo, Cartario Alessandrino 2, Nr. 302. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 287. – Bertoni in: Memorie storiche della diocesi di Milano 13, S. 171 (Erwähnungen). – Palestra, Visite pastorali S. 42 Nr. 8. – Sironi in: Rendiconti dell´Istituto Lombardo 134, S. 172 (Erwähnung) und S. 206 Nr. 5 = Sironi, Il districtus S. 53 (Erwähnung) und S. 81 Nr. 5. – Carminati, Ricercha storica S. 15 Anmerkung 27 und S. 25 (mit Textauszügen). – BFW 384.

Als Vorurkunden dienten die Urkunde Heinrichs VI. vom 12. August 1196 (Böhmer – Baaken 540, VU I) sowie ein (verunechtetes) Diplom Heinrichs V. von September/Oktober 1110 (DH.V. †57; VU II).

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # **/I/** Ad eterni regni meritum et temporalis imperii incrementum apud regem regum nobis potissimum proficere non ambigimus, si ecclesiis dei et ecclesiasticis personis auxilium et munificentie nostre piam impendimus defensionem. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus ac futuris, quod nos serenissimi antecessoris nostri Heinrici sexti Romanorum imperatoris divi augusti vestigia sequi volentes, sicut ipsum suo autentico privilegio ad imitationem antecessorum nostrorum et suorum imperatorum seu regum Romanorum et specialiter Ottonis tertii Romanorum imperatoris divi augusti manifeste fecisse intelleximus, monasterium sancti Ambrosii apud Mediolanum cum personis ibidem deo servientibus et universis bonis, que nunc habet vel imposterum deo dante iuste poterit obtinere, in specialem nostre maiestatis protectionem atque mundiburdium recepimus ipsique ab antecessoribus nostris * Ottone tertio concessa et Heinrico sexto Romanorum imperatoribus divis augustis confirmata imperiali auctoritate concedimus et confirmamus, videlicet districtam[a] *, curtes de Pasiliano, Capiate, Colonia, Anticiaco et mansos de Ualle Tellina, sicut ad nostrum ius pertinent ac dominium, ut abbas predicti monasterii predicta loca in omni iure et servitio teneat et distringat secundum ius nostrum sine alicuius persone contradictione. Insuper concedimus et confirmamus[b] ei curtem de Monte cum castellis et capellis, curtem de Lemonta, curticellam[c], que dicitur Villa Alba, curtem de Oleoducto cum

[a] *so A und VU*
[b] s *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[c] *erstes* c *durch Loch in der Faltung beschädigt*

universis eorum pertinentiis ac familiis eidem predicto monasterio de imperiali benignitate concedentes ac confirmantes curtem de Campiliono cum omnibus pertinentiis suis, sicut eam iuste et legitime habet et possidet. **/II/** Predicta omnia iam dicto monasterio concedimus et confirmamus, sicut nunc iuste et rationabiliter tenet et possidet cum omnibus ad se pertinentibus, * cum servis, ancillis, * capellis, castris, districtis, thelonearis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, montibus, alpibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis[d], piscationibus et fodero de castellis dicti monasterii, videlicet de Antiziago, Colonia, Oleoducto, Capiate, * Pasiliano[e], Monte seu Leomonte atque Ciuenna *, quod amplius ullis temporibus exigere vel recipere nolumus, set monachis ibidem deo militantibus illud in stipendia concedimus, sicut rationabiliter habent et eis ab antecessore nostro Heinrico quinto Romanorum rege semper augusto fuit indultum aut in autentico privilegio suo continetur, **/I/** statuentes et imperiali auctoritate sanctientes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullus consul, nulla civitas, nullum comune nullaque omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica seu secularis, predictum monasterium sancti Ambrosii, abbatem et personas, * que ibi nunc sunt vel pro tempore fuerint, in predictis omnibus impedire aliquatenus audeat, distringere vel molestare. Quod si quis attemptaverit, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre, * reliquum vero passis iniuriam. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam presentem inde paginam conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Lotharus Pysanus archiepiscopus, Heinricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Wilhelmus Cumanus episcopus, Hugo Alexandrinus episcopus et Accuensis, Alliprandus Verzelensis episcopus, Emmicho comes de Linig(en), Hartmannus[f] comes, Cuno de Mizenberc, Heinricus de Rauensburc camerarii[g] imperii, Salinwerra[h] de Ferraria, Albertus Struzius, Monachus, Passawerra curie iudices.

Sinum[i] dmini[j] Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thederici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC^{o}X^{o}, IX^{no} kalendas madii, imperante glorioso domino Ottone Romanorum imperatore augusto, anno regni eius XII^{mo}, imperii vero I^{o}.

Datum apud Mediolanum indictione XIII^{ma}.

(SP.D.)[k]

---

[d] *unter zweitem* n *kleines Loch in der Faltung, zweites* i *durch Faltung beschädigt*
[e] an *durch Faltung etwas beschädigt*
[f] tman *infolge Faltung stark abgerieben,* an *durch Loch in der Faltung teilweise zerstört*
[g] *so A*
[h] in *infolge Faltung abgerieben*
[i] *so A*
[j] *so A*
[k] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

BFW 385.

Otto setzt das von den Bewohnern von Treviglio bei Italienzügen der Herrscher zu entrichtende Fodrum mit 6 Mark fest.

Pavia, 1210 April 24

Abschrift aus dem 1. Drittel des 15. Jh. in der Biblioteca Trivulziana zu Mailand, Cod. 1507, fol. 4v (C). – Abschrift aus dem Ende des 15. Jh. im Archivio comunale zu Treviglio, Archivio Storico Antico Regime, cod. AA, p. 5 n. 6 (C′). – Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca Ambrosiana zu Mailand, H 102 suss., fol. 60r (E). – Abschrift des 18. Jh. ebenda, I 14 suss., fol. 79r (E′).

Casati, Treviglio di Ghiara d'Adda S. 276 aus E′ (Erw. S. 41). – Barelli in: Archivio storico Italiano ser. 5, 30, S. 31 Nr. 10 aus CC′. – Santagiuliana – Santagiuliana, Storia di Treviglio S. 636 Nr. 10 aus C, mit italienischer Übersetzung.

Giulini, Memorie di Milano 7, S. 242 (zu April 28) und S. 570 = ed. II. 4, S. 177 und S. 150. – Robolini, Notizie 4/1, S. 82. – Pflugk-Harttung, Iter Italicum S. 340 Nr. 19 (zu April 30). – BFW 385 = BFW 14637.

Als Vorurkunde diente DF.I. 15 vom 28. Juli 1152.

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Volentes ea, que a predecessoribus nostris legitime[a] statuta sunt, rata[b] habere notum facimus universis presentem paginam intuentibus, quod nos hominibus de Triuillio[c] Grasso pro servitio et[d] fodro, quod nobis nostrisque[e] successoribus regibus seu imperatoribus[e] in adventu nostro in Italiam persolvere[f] debent[f], hunc modum statuimus, ut sex marchas[g] pro[h] fodro nobis nostrisque successoribus regibus seu imperatoribus in adventu nostro persolvant. Et ne aliquis successorum nostrorum hunc modum augere vel inbenefitiare[i] presumat, huius nostre concessionis statutum imperiali auctoritate et privilegii[j] nostri contestatione firmiter et[h] indissolubiliter confirmamus. Testes quoque, in quorum presentia hec acta sunt et confirmata: Lotharius archiepiscopus Pisanus, Henricus[k] Mantoanus[l] episcopus, Guilielmus Cumanus episcopus, Guilielmus[m] marchio[n] Marascipa[o], Izolinus[p] de Noarra et alii[q] quam plures.

---

[a] legiptime *C*
[b] ratta *C*
[c] Triviliio *E,* Trivillio *E′*
In nomine sancte et individue[a] trinitatis eiusque[b] gracia Otto quartus Romanorum imperator[c] et[c] semper augustus. # Iustum est et imperialem nostram decet maiestatem, ut ea, que ordinare et disponere proponit, firmitatis robur et stabilitatis obtineant. Notum igitur facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos ex mera deliberacione nostra et voluntate bona nostra apud Herrehuse dedimus ecclesie et conventui de Gandresheym videlicet quinque mansos in campis et silvis cum omnibus suis pertinenciis et dimidiam silvam de Hosenringerodh sub tali condicione, quod eadem ecclesia et eius conventus nobis in comutacionem horum bonorum dat quinque mansos in Hymmethehusen[d] cum silvis et campis et omnibus suis attinenciis et dimidiam partem de Walmethehusen[e], similiter in silvis et campis et aliis omnibus suis pertinenciis preter[f] unum solum mansum, qui aliunde pertinet. Dat eciam nobis prefata ecclesia silvam separatam de Depengroue. Et ut hec concessio et nostra ordinacio rata sit et in futurum intemerata permaneat, presens scriptum bulle nostre impressione iussimus communiri. Huius autem facti testes sunt hii: Henricus comes de Sladheim, Cunradus de Wilre, Basilius de Hosterode, Razo de Huttesheym, Herwicus de Hutthesh(eym), Bernardus de Betenhe(ym), Heggebertus de Frethen et multi alii.

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M°CC°XVI°, indiccione quarta, anno regni nostri XIX°, imperii vero octavo. Dat. Harlingeberc per manum Radulfi domini imperatoris clerici, octavo idus octobris.

(SP.D.)[g]

---

[a] idiuie *mit Kürzungsstrich über dem Wort A*
[b] *so A*
[c–c] *fehlt Kürzungsstrich für* per *an* p*, untere Buchstabenteile von* tor *und* et-*Kürzung durch Riss im Pergament leicht beschädigt*
[d] us *durch Fleck beschädigt*
[e] *obere Schrägschäfte des* W *und* l *durch Flecken leicht beschädigt*
[f] *Kürzungszeichen über* p *durch Loch im Pergament beschädigt*
[g] *gewebtes Band aus weißen und grünen Seidenfäden erhalten.*

BFW 505.

Otto versichert die Aegidienkirche zu B r a u n s c h w e i g seines Schutzes und bestätigt ihr mit Zustimmung und Willen Bernhards von Dorstadt neun Mansen in Limbeck mit allem Zubehör.

Braunschweig, 1216 Dezember 14

Original, 300 + 33 x 284 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 9 Urk. Nr. 6 (A).

Rehtmeyer, Antiquitates ecclesiasticae urbis Brunsvigae 2, S. 35 Nr. 2 wohl aus A, mit duodecimo kal. ian. *= Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 833 Nr. 333. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 62 Nr. 87 aus A.*

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 166 f. Nr. 9. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Hänselmann, UB Braunschweig 2, Nr. 45 (mit Wiedergabe der Datierung). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 100 Nr. 20 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 505.

(C.) # In nomine sancte et individue[a] trinitatis eiusque[b] gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. # Quamvis ad imperialis nostre dignitatis[c] serenitatem pertineat, ut omnes preminencie attinentes sue sublimitatis munificencie sue beneficio respiciat et gracia, non tamen omnes equali affectu prosequitur, sed eos maiori prerogativa diligit et honorat, quos in fidei sue constancia cognoverit firmiores et in ardore devocionis sue reperit proniores, tanto[d] eciam hoc avidiori animo procurare intendimus, quanto ad salutem anime nostre et predecessorum nostrorum evidencius congruere speramus. Attendentes ergo inextinguibilem devocionis fervorem, quem ecclesia beati Egidii in Bruneswic circa nos et predecessores nostros omni tempore favorabiliter habuit et constanter, eam merito cum[e] omnibus bonis, que in presenciarum possidet aud[f] in futurum iustis modis deo dante poterit adipisci, excellencie nostre auctoritate quocumcque[g] locorum cupimus securam consistere et in honestis negociacionibus suis nostre maiestatis corroboracione gaudere. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos ex consensu et voluntate dilecti nostri et fidelis Bernardi de Dorstad novem mansos cum omnibus suis pertinenciis in villa, que dicitur Limbech(e), existentes[h] eidem ecclesie confirmamus statuentes et firmiter inhibentes, ne quis super hiis vel aliquibus aliis bonis ei pertinentibus aliquam molestiam inferre presumat aud[i] gravamen. Ut autem hec nostra confirmacio rata sit et in futurum intemerata permaneat, presens[j] privilegium bulle nostre inpressione iussimus communiri. Huius autem facti testes sunt hii: Cunradus abbas de Ridacheshusen, H(ei)nricus comes palatinus Rheni, Bernardus de Dorst(ad), Guncelinus imperialis aule dapifer[k], Bertramus de Velth(em), Herwicus de Schowe, Theodericus de Werberg(e), Rotherus filius eius et multi alii.

---

[a] idiuide *mit Kürzungszeichen über erstem und letztem* i
[b] *so A*
[c] *wohl auf Rasur*
[d] *erstes* t *auf Rasur, wohl von Majuskel-*A
[e] *zweiter Schaft des* u *abgerieben*
[f] *so A*
[g] *so A*
[h] ex *wohl auf Rasur*
[i] *so A*
[j] *davor Rasur wohl eines Majuskels*
[k] *über* a *Rasur wohl eines überflüssigen Kürzungszeichens*

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M^{o}CC^{o}XVI°, anno regni nostri XIX°, imperii vero septimo.

Signum domini imperatoris Ottonis quarti invictissimi. (M.)

Dat. Bruneswic nono decimo kal. ianuarii, indiccione tercia.

(SP.D.)[1]

[1] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

*** - .**

Otto gestattet dem Augustinerchorfrauenkloster H e i n i n g e n die Ableitung eines Zuflusses der Oker zum Kloster.

(1216)

In der Urkunde Herzog Heinrichs von Sachsen, Pfalzgraf bei Rhein, vom 21. September 1222, ed. Hoogeweg, UB des Hochstifts Hildesheim 2, S. 25 Nr. 50, heißt es: … dominus et frater Otto Romanorum imperator pie memorie cenobio de Hennge de bona et libera voluntate concessit, ut rivum unum de Ovakara et aquam superfluam, que molendino de Borseme non prodesset, ad eorum cenobium deducerent, que penuriam et defectum aque, quem ipsum cenobium paciebatur, suppleret. … Eandem igitur largicionem, quam dominus inperator laudabiliter et devote concessit et quam idem cenobium usque ad nostra tempora sex annis possedit, … duximus confirmandam et corroborandam … *Dass von Otto über dieses Recht eine Urkunde ausgestellt wurde, geht aus einem am 20. Oktober 1278 zwischen den Klöstern Wöltingerode und Heiningen geschlossenen Vertrag hervor, ed. ebenda 3, S. 269 Nr. 502:* pro rivo, quem bone memorie dominus Otto inclitus Romanorum imperator prefato conventui in Heninge concesserat ad ipsius curiam de flumine, quod dicitur Ovekera, deducendum, prout in instrumento exinde confecto plenius continetur …

BFW 506.

Otto nimmt die auf seinem Erbgut erbaute Kirche St. Maria und St. Jakob zu Osterode mit allen Besitzungen in seinen Schutz und überträgt ihr seine Vogtei.

Goslar, 1217 Mai 1

Original, 130 + 12 (–17) x 233 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Cal. Or. 100, Osterode St. Jacobi Nr. 1 (A).

F. M. in: Braunschweigische Anzeigen 1747, Sp. 941 = Erath, Cod. dipl. Quedlinburgensis S. 135 Nr. 19. – Falke, Cod. traditionum Corbeiensium S. 920 Nr. 435. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 839 zu 1218, aus A. – Max, Geschichte von Grubenhagen 2, UB S. 3 Nr. 1 aus A. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 65 Nr. 93 aus A. – Boetticher, UB des Klosters Osterode S. 53 Nr. 1 aus A.

H. A. K. in: Braunschweigische Anzeigen 1745, Sp. 292. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 169 Nr. 2. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 32. – Langerfeldt, Kaiser Otto IV. S. 331 Anm. 304. – Bode, UB der Stadt Goslar 1, Nr. 398 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 749. – BFW 506.

Das Original wurde im Zuge des verheerenden Leinehochwassers des Jahres 1946 (vgl. Boetticher S. 20) stark beschädigt. Vor allem an den Rändern und im Bereich der Faltungen verursachten die Beschädigungen geringfügige Textverluste. Die entsprechenden Textstellen sind durch eckige Klammern gekennzeichnet, noch vorhandene Buchstabenreste ermöglichen in allen Fällen Ergänzungen, die zusätzlich durch ein Foto im Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung, das vor der Beschädigung aufgenommen wurde, gestützt werden.

In nomine sancte et dividue[a] trinitatis. # Dei gratia Otto Romanorum quartus inperator et semper augustus. Quia divine dispensationis providentia ad hoc honore[b] imperatorie maiestatis[c] sublimavit, ut quanto erga nos sua exuberant beneficia, tanto gratius nostra sibi servitus sit devota, universis Christi fidelibus clericis et laicis, presentibus et futuris, notum esse volumus, quod nos ecclesiam beate Marie virginis sanctiq[ue] Iacobi in Osterrode in fundo[d] hereditatis nostre constructam in perhenne nostre tuitionis monimentum cum omnibus, que nunc poss[idet vel in fut]urum de bonis imperii et aliis bonis iuste ac racionabiliter habitura est, benigne su[s]cepimus et eidem ecclesie divine clementie [respectu] advocatiam nostram benigne contulimus, ut nullus eam comes seu vicecomes vel [ad]vocatus vel subadvocatus seu aliqua secularis persona aliquo ausu inquietare presumat. Et ut hec nostre largitionis autoritas firma et inconvulsa habeatur et inviolabilis perseveret, presentem paginam cum sigilli nostri impressione et ideoneorum testium subscriptione fecimus insigniri. Huius rei testes sunt: Bernardus de Dorstad, Gunzelinus imperalis[e] aule dapifer, Conradus de Wilre, Bas[il]ius de Ost[errod]e, Otraue(n)[f] Harle(n)keberch, Herwicus de Uttensem, He[r]wicus de Scouwen et multi alii. Acta sunt hec anno inca[r]naci[on]is [domini M]CC[XV]III, anno regni nostri XVIIII[o], imperii VIII[o]. Dat. Gosl(arie) kal. mai[g], indictione[h] V[a h].

(SP.2.)[i]

---

[a] *so A*
[b] *so A*
[c] *erstes* t *durch kleines Loch leicht beschädigt*
[d] *kleiner Riss im Pergament unter* u
[e] *so A*
[f] e *durch Fleck beschädigt*
[g] *so A*
[h–h] *von derselben Hand am rechten Rand unter der letzten Zeile*
[i] *Fragment an geflochtenem Band aus roter Seide.*

BFW 507.

Otto beurkundet eine zwischen ihm und Hermann von H a r b k e sowie dessen Neffen Otto getroffene Vereinbarung, wonach er sie und ihre Erben gegen das Versprechen der Treue und militärischer Dienste mit der ihm zuvor resignierten Burg Harbke belehnt habe.

Salzdahlum, 1217 Juni 21

Original, 332 (–339) + 21 x 215 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 1 Urk. Nr. 9 (A).

Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 834 Nr. 334 aus A. – Schmidt, UB des Hochstifts Halberstadt 1, S. 443 Nr. 499 aus Abschrift in Wolfenbüttel.

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 168 Nr. 4. – Bode – Leibrock in: Zs. des Harz-Vereins für Geschichte und Alterthumskunde 2, Heft 3, S. 87 Anmerkung 101 (Erwähnung). – Mülverstedt in: Geschichts-Blätter für Stadt und Land Magdeburg 4, S. 101 und S. 103 (Erwähnung). – Bode in: Zs. des Harz-Vereins für Geschichte und Alterthumskunde 4, S. 352 (mit Textauszug). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 88 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 522 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – BFW 507.

Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator[a] et semper augustus. # Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod nos et Hermannus de Ardbek et Otto nepos suus sub tali transactione composicionis convenimus, videlicet, quod ipsi castrum de Ardbek cum suis pertinenciis in feodum a nobis et successoribus nostris hereditario iure susceperunt, scilicet sub tali forma: quod ipsi in perpetuum nobis contra omnes homines in mundo fideliter servire non omittent et quod in eodem castro viginti homines armatos ad servicium nostrum tenebunt et cum quinque militibus et eorum servientibus in exercitu[b] nostro, cum de eis necesse habuerimus, nobiscum procedent sive alter eorum. Et insuper in omnibus aliis, quibus poterunt et debeant nobis fidelitatem debitam, sicut domino suo ad honorem nostrum et utilitatem observabunt. Hec autem omnia firmiter observanda nobis tam fide interposita quam sacramento prestito ad invicem compromiserunt. Quod si forte aliquo casu interveniente contra ista iam dicta venire presumpserint, trescentas[c] marcas argenti nobis persolvent, de quibus fideiussores subscriptos nobis constituerunt, hii sunt: Warnerus de Amforde pro L^{ta} marcis, Bruno de Aspenstede pro XX^{ti} marcis, H(einricus) comes de Sladh(eim) pro XX^{ti} marcis, Walterus de Am(er)sliue pro XX^{ti} marcis, Engelbertus de Roshowe pro XX^{ti} marcis, Herlewinus de Hummethorp pro XV marcis, Bernardus de Warmesthorp pro X^{cem} marcis, Godefridus de Helmestad frater Stephani pro X marcis, Arnuldus de Helm(e)stad pro X marcis, Hudo scultetus de Helm(e)stad pro X marcis, Albertus de Ardb(ek) pro X marcis, Sehehardus[d] frater eius pro X marcis, Bertoldus de Ardb(ek) pro X marcis, Hardwicus de Badenliue pro X marcis, Baldewinus de Æsebek pro XX^{ti} marcis, Fridericus frater eius pro XX^{ti} marcis, Godefridus de Varsfelde pro XX^{ti} marcis, Georius de Rodthorp pro XV marcis, Egehardus de Bodenst(en) pro X marcis, He(n)ricus de Schot(er)stede[e] pro X marcis. Prefatus eciam Hermannus et B. uxor eius simul cum predicto O(ttone) nepote suo predictum castrum Ardbek cum omnibus pertinenciis in comicia Cunradi comitis de

---

[a] ipator *mit Kürzungsstrich über* ip
[b] exccitu *mit diplomatischem Kürzungszeichen über* cc
[c] *so A*
[d] *so A*
[e] st *durch Faltung leicht abgerieben*

Warnigrod(e) iuxta Gicch(en)the in manus nostras resignaverunt. Et nos illud secundum formam prescriptam de gracia nostra tam illis quam heredibus suis a nobis et heredibus nostris in perpetuum possidendum reddidimus. Si autem sepedictus Her(mannus) sine herede decedat, B. uxor eius, quamdiu vixerit, predicta bona a nobis optinebit. Huius autem facti testes sunt hii: Adolfus comes de Dasle, H(einricus) comes de Sladh(eim), C(unradus) comes de Warnigrod(e), Bertoldus comes frater eius, L(udgerus) comes de Insula, Ber(nhardus) de Dorstad, W(arnerus) de Amforde, G(unzelinus) imperialis aule dapifer, Ber(tramus) de Velth(eim), Will(elmu)s marescalcus[f], H. de Asebek, I(ohannes) de Burnh(eim)[g], Fridericus de Dalh(eim), B(runo) de Dalh(eim) et multi alii. Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M°CC°XVII°, anno regni nostri XIX°, imperii vero octavo. Dat. Saltdalheim XI° kal. iulii, indictione quinta.

(SP.D.)[h]

[f] *so oder als* Will*(*ekinu*)*s *aufzulösen*
[g] *zweiter Schaft des* u *verb.*
[h] *durch zwei übereinander angebrachte waagrechte Schnitte in der Plica gezogener Pergamentstreifen erhalten.*

BFW 508.

Otto beurkundet einen zwischen ihm und Bischof Siegfried von Hildesheim vollzogenen Tausch von Ministerialen.

Braunschweig, 1218 Januar 15

Abschrift des 15. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Cop. VI, 11, fol. 408 Nr. 587 (B), 1943 unter Kriegseinwirkung verbrannt, davon Abschrift des 18. Jh. in der Niedersächsischen Staats- und Universitätsbibliothek zu Göttingen, 2º Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XI, fol. 193r (B´).

Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 828 Nr. 328a aus einer heute wohl verlorenen Abschrift, zu 1215 (s). – (Scheidt), Cod. dipl. zu Mosers Einleitung S. 433 Nr. 1 wohl aus B (s´) = Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 64 Nr. 91. – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 672 Nr. 706 aus B (j).

Strube in: Hannoversche gelehrte Anzeigen 1752, Sp. 832 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Strube, Nebenstunden 5 (1757), S. 261 (Erwähnung mit kurzem Textauszug) = Strube, Nebenstunden 5 (1789) S. 97. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 164 Nr. 1 (zu 1215) und Sp. 169 Nr. 1. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 32. – Grotefend, Urk. Saldern 1, Nr. 13 (mit Wiedergabe der Datierung). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 100 Nr. 20. – BFW 508.

Dei gracia[a] Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos uxorem Siffridi[b] de Borsene[c], filiam videlicet Ludolffi[d] de Saldere, cum omnibus filiis suis et filiabus et uxorem Conradi[e] marscalci[f], filiam Ludolfi[g] quondam advocati de Dalhem[h], cum[i] filio[i], quem modo habet, concessimus et dedimus in commutacionem Sifrido Hildensemensi[j] episcopo et ecclesie eiusdem loci pro Eggeberto[k], Guntelini[l] imperialis[m] aule[m] dapiferi primogenito. Proximus autem filius, quem prefata uxor Conradi[n] marschalci[o] deo dante est habitura, nostro perpetualiter pertinebit dominio. Et ut hec nostra ordinacio rata sit et intemerata permaneat, presentem cartam[p] bulle nostre impressione iussimus communiri.

Acta[q] sunt hec anno incarnacionis dominice M°CC°XVIII°[r], anno regni nostri XX°[s], imperii autem IX°[t]. Datum[u] Brunswich[v] XVIII kal. februarii[q].

---

[a] gratia *sj*
[b] Sifridi *s*
[c] *wohl* ne *nachträglich in* m *verb. B´,* Borsem *s*
[d] Luduici *s*
[e] C. *s*
[f] marescalci *s*
[g] L. *s*
[h] Dalem *s*
[i–i] et filium *s*
[j] Hildesheimensi *s*
[k] Eckeberto *s*
[l] *so B laut B´ und j,* G. *s,* Gunzelini *s´*
[m–m] *fehlt s*
[n] C. *s*
[o] *so B laut B´ und j,* marescalci *s,* marscalci *s´*
[p] cartulam *s*
[q–q] Acta sunt hec Brunsuige anno regni XX°, imperii IX, XVIII kal. febr. *s*
[r] MCCXVIII *j*
[s] XX *j*
[t] IX *j*
[u] Dat. *j*
[v] Bruneswich *s´j.*

BFW 503.

Otto überträgt der Kirche zu V o l k e n r o d a sein Eigentum an einem halben Mansen in Körner und gewährt ihr, was sie durch Kauf oder Schenkung an der Mühle in Görmar erworben hat oder in Zukunft von den umliegenden Gütern, die aus kaiserlicher Hand empfangen wurden, käuflich erwerben kann.

Braunschweig, (1216–1218) März 15

Transsumpt des Bischofs Heinrich von Ermland, Albrechts, des Landgrafen von Thüringen und Pfalzgrafen von Sachsen, sowie der Äbte Timo von Homburg und Albrecht von Reifenstein von 1298 IX 22 im Sächsischen Hauptstaatsarchiv zu Dresden, 10001, Ältere Urkunden Nr. 01593 (B).

Schöttgen – Kreysig, Diplomataria et scriptores 1, S. 756 Nr. 16 Auszug wohl aus B. – Winkelmann, Acta 1, S. 65 Nr. 70 aus B.

Brückner, Nachricht S. 237. – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 452 Nr. 70 (zu [1209] März 15). – Möller in: Zs. des Vereins für Thüringische Geschichte 6, S. 332 (zu 1210–1215). – Herquet, UB der Reichsstadt Mühlhausen Nr. 57 (zu [1213–1218] März 15). – Beck, Geschichte des gothaischen Landes 3/1, S. 436 (Erwähnung). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1671 (zu [1216] März 15). – Schieckel, Reg. Landeshauptarchiv Dresden Nr. 226 (zu [1216] März 15). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 99 Nr. 19 (mit Anführung der Zeugen, zu 1216 März 15). – BFW 503 (zu 1216 März 15).

Dei gratia O(tto) Romanorum imperator et semper augustus. Notum sit omnibus Christi fidelibus, quorum inspectioni presens pagina fuerit exhibita, quod nos quidquid habuimus proprietatis in dimidio manso Cornere sito cum bona voluntate contulimus ecclesie in Volkolderoth ea permissione, si possunt absolvere ab hiis, qui feudaliter tenent. Insuper libere permittimus et ratum imperpetuum habebimus quitquid empcione vel donacione conquisierunt in molendino Germar sive adhuc in futurum comparare poterunt de bonis circumiacentibus ab imperiali manu receptis. Ut autem hec nostra permissio et donacio rata permaneat et inconvulsa[a], hanc litteram testimonialem sigillo nostro communiri fecimus omnem malignandi aditum usque quaque precludentes.

Datum apud Bruneswic ydus marcii.

[a] inconwlsa *B*.

BFW 509.

Otto restituiert der bischöflichen Kirche zu Hildesheim alle dieser von ihm und seinen Vorgängern widerrechtlich entzogenen Besitzungen und Rechte.

Harzburg, (1218) Mai 18

Original im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Domstift Hildesheim Nr. 85, 1943 durch Kriegseinwirkung verbrannt, davon Foto im Archiv der MGH (A).

Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1348 Nr. 5. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 845 Nr. 342. – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 673 Nr. 708 aus A.

Schaller, Schrift S. 90 (Abb. des Fotos).

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 169 Nr. 3. – Langerfeldt, Kaiser Otto der Vierte S. 331 Anmerkung 304. – Bertram, Geschichte des Bisthums Hildesheim 1, S. 225 (Erwähnung). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 752. – Spier in: Harz-Zs. 22/23, S. 94 Nr. 43 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Hucker, Kaiser Otto IV. S. 661 Nr. 6 (mit Anführung der Zeugen). – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 93 (mit Anführung der Zeugen und Wiedergabe der Datierung). – BFW 509.

Ego Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus omnibus, ad quos hee litere pervenerint, in presenti gratiam, in futuro gloriam. Ad cautelam futuri temporis omnibus esse notum volumus, quod quascumque possessiones vel iura ecclesie Hildenesemensis nos vel antecessores nostri iniuste usurpavimus, eis renuntiamus et ecclesie[a] cum omni integritate restituimus. Quod autem suprema voluntas nostra effectui mancipetur, presentem paginam sigilli nostri inpressione signavimus[b]. Testes autem sunt: Sifridus episcopus Hildenesemensis, Conradus decanus, Conradus cantor, Conradus scolasticus, Heinricus de Tossem, Bertoldus canonicus sancti Mauritii, magister Marsilius canonicus sancte Crucis, Florinus canonicus sancti Blasii in Bruneswic, Bernardus subcustos, Ambrosius plebanus de Frankeneberge, Ludolfus notarius episcopi, magister Gafridus. Dat. Harcesburch XV kalendas iunii.

(SP.2.)[c]

---

[a] *zweites* c *aus* l *verb.*

[b] a *durch Loch leicht beschädigt*

[c] *laut einer genauen Beschreibung im Archiv der MGH mittels eines etwa in der Mitte der Urkunde angebrachten Pergamentstreifens an der Rückseite befestigt.*

BFW 510.

Otto schenkt den Patronen (der Kirche) St. Johannes der Täufer und St. Blasius zu B r a u n s c h w e i g den Ort Scheverlingenburg mit den angeführten Kirchen, deren Einkünften und Zubehör, befreit diese von der Vogtei und gewährt dem Konvent von St. Blasius das Recht, in Scheverlingenburg einen Priester, Diakon und Subdiakon einsetzen zu dürfen.

Harzburg, 1218 Mai 18

Original, 354 + 19 (–25) x 225 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 7 Urk. Nr. 12 (A).

Mader, Antiquitates Brunsvicenses ed. II. S. 249 Nr. 22 wohl aus dem Ordinarius ecclesie S. Blasii im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel = Rehtmeyer, Antiquitates ecclesiasticae urbis Brunsvigae 2, S. 59 Nr. 3, = Noltenius, Diatribe genealogico-historica de illustri Veltheimiorum familia S. 13 Anmerkung f (mit Erwähnung S. 7 und 8). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 65 Nr. 94 aus A.

Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 169 Nr. 4. – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 673 Nr. 709 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und Datierung). – Wilke, Goslarer Reichsgebiet S. 205 Nr. 23. – Spier in: Harz-Zeitschrift 22/23, S. 93 Nr. 41 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Hucker, Kaiser Otto IV. S. 664 Nr. 8 mit Anführung der Zeugen. – BFW 510.

In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus omnibus, quorum presentie scriptum hoc fuerit exhibitum, in presenti gratiam et in futuro gloriam. Quicquid[a] ad laudem[b] dei et ecclesiarum proventum imperialis decreverit serenitas omni cautela procurandum est, ut non solum ad presentium verum etiam ad futurorum memoriam perferatur. Ne igitur nostra sincere devotionis facta temporum et hominum mutabilem imitentur statum, indelebili[c] literarum testimonio perhennari decrevimus et muniri. Quocirca notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nullo scripto nec aliquo heredum nostrorum aliquatenus reclamare, mutare aut alias[d] transferre valente domino deo sancto Iohanni baptiste et sancto Blasio patronis[e] in Bruneswic pro anime nostre salute in perpetuum cum omni iure damus locum Scheuerlingebo%vrh cum ecclesiis, edifitiis, areis, mansis, pratis, silvis, saltubus, piscaturis et cum omnibus suis pertinentiis. Sunt autem quedam spetialiter hec: ecclesia in Bocle, ecclesia in Elmesbo%vrch, ecclesia in Wenethissen, ecclesia in Borsne cum omni integritate reddituum et offitiorum ipsis ecclesiis et nobis inibi pertinentium, medietas ecclesie in Asleborch cum prediis suis, Honrothe et unum molendinum ibidem, mel nostrum in Gamenhusen, unus mansus in Waggen, Bodenhorne, molendinum in Gefhorne. Statuimus etiam et immutabiliter servari volumus, ut omnia bona hec ab omni iure et iugo advocatie nunc et in evum sint libera, et quicumque fuerit decanus ad sanctum Blasium cum consilio et consensu capituli sui omnes supradictas porrigere debet ecclesias. In prenominato itaque loco scilicet Scheuerlingeborch locabit conventus sancti Blasii sacerdotem, diaconum, subdiaconum, qui ad honorem dei et beate Marie virginis divinum ibi reverenter expleant officium, reliqua vero bona proventualiter convertat in augmentum prebendarum suarum. Huius facti testes sunt: Sifridus Hildensemensis episcopus, Fridericus abbas in Lutere, Otto prepositus in Scheninge, Gozwinus prepositus

---

[a] *unterer Teil des* Q *durch kleinen Fleck beschädigt*
[b] u *durch kleinen Fleck beschädigt*
[c] d *verb., vielleicht aus* e
[d] *s-förmiges Zeichen, vielleicht Akzent, über zweitem* a
[e] *wohl* patnis *aus* panis *(mit* o *über* t*) unter versehentlicher Auslassung eines Mittelschaftes korrigiert*

Novi Operis in Halberstat, Conradus maior in Hildensem decanus, Conradus cantor, Conradus scolasticus, Heinricus de Tossem, Ambrosius sacerdos in Frankenberch; laici vero: comes Heinricus de[f] Waldenberch, Luthardus de Meinershem, Gunzelinus dapifer, Olricus advocatus, Heinricus marscalcus, Rotherus de Velthem, Iohannes de Bornem et quam plures alii. Acta sunt hec incarnati verbi anno M°CC°X°VIII°, indictione[g] VI[a], presidente sancte Romane ecclesie papa Honorio, anno regni nostri XX°I°. Quisquis enim malefactor huic nostre donationi in suprema nostra voluntate rationabiliter ordinate contrarius extiterit, a domino deo maledictus erit et ultionis divine[h] reus et imperatorie[i] cum iniquis diaboli filiis penam recipiet perpetue dampnationis. Ut autem hanc veritatis seriem nullus malignantium[j] possit infringere aut temporalis vetustas delere, hanc paginam testimonialem impressione sigilli nostri fecimus confirmari. Dat. Hartisburch X°V° kalendas iunii.

(SP.2.)[k]

[f] d *wohl auf Rasur*
[g] c*, wohl aus* e *oder* o*, verb.*
[h] *erstes* i *auf Rasur*
[i] *erste beide Schäfte des* m *durch Rasur aus* p *verb.*
[j] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über erstem* i
[k] *grünes Wachsfragment an roten Seidenfäden.*

BFW 511.

Otto teilt seinem Bruder Pfalzgraf H e i n r i c h , seinen Ministerialen, den Bürgern von B r a u n s c h w e i g und allen, die die Urkunde sehen, seine letztwilligen Verfügungen mit, die er hinsichtlich der Reichsinsignien und Reliquien, die sich in seinem Besitz befinden, sowie der Rückgabe von Burgen an deren rechtmäßige Besitzer und der Übergabe seiner Güter in Scheverlingenburg an das Blasiusstift zu Braunschweig getroffen hat, und bittet seinen Bruder, die Ausführung dieser Anordnungen zu vollstrecken.

Harzburg, (1218) Mai 18

Original, 352 (–362) + 14 (–18) x 304 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 2 Urk 1 Nr. 1 (A).

Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 81 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 391, = Sagittarius – Floto, Origines S. 97 Nr. 119, = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 148 = Tolner, Historia palatina Cod. dipl. S. 62 Nr. 72, = Lucae, Graffen-Saal S. 1149, = Lundorp, Acta publica 17, S. 188 Anmerkung a, = Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 457, = Noltenius, Diatribe genealogico-historica de illustri Veltheimiorum familia S. 15 Anmerkung g und Erwähnung S. 8, = Lünig, Cod. Germaniae dipl. 1, Sp. 365 Nr. 16, = Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1294. – Martène – Durand, Thesaurus novus anecdotorum 3, Sp. 1376 unvollständig aus einer Handschrift der Narratio de morte Ottonis IV. imperatoris aus dem Kloster Villers-la-Ville (m). – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 363 § 96 aus A. – MGH Leges 2, S. 221 aus A. – Langerfeldt, Kaiser Otto der Vierte S. 200 in deutscher Übersetzung. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 66 Nr. 95 aus A. – MGH Const. 2, S. 51 Nr. 42 aus A mit Varianten nach Martène – Durand = Zeumer, Quellensammlung S. 32 Nr. 32, = Wolf, Florilegium testamentorum S. 9 Nr. 3, = Weinrich, Quellen S. 370 Nr. 93 mit deutscher Übersetzung. – Lange in: Unser Harz 7, S. 10 in deutscher Übersetzung. – Hucker, Kaiser Otto IV. S. 662 Nr. 7a und 7b Auszüge in deutscher Übersetzung. – Hucker, Otto IV. – ein Welfe wird Kaiser S. 22 wohl aus A und S. 25 in deutscher Übersetzung.

Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 24c (Abb.) mit Beschreibung S. 456. – Spier in: Harz-Zeitschrift 22/23, Tafel III (Abb.). – Braunschweig-Archiv fol. 208b (Abb.). – Spier, Geschichte der Harzburg S. 137 Abb. 6 (Abb.). – Katalog Heinrich der Löwe 1, S. 345 Kat.Nr. E12 (Abb.). – Katalog Heiliges Römisches Reich S. 249 Nr. IV.51, S. 248 (Abb.). – Katalog Otto IV. S. 474 Kat.Nr. 168 (Beschreibung) und S. 475 (Abb.) sowie S. 244 Abb. 4. – Hucker, Otto IV. – ein Welfe wird Kaiser (Abb.). – Lydorf in: Signa iuris 12, S. 135 Abb. 1 (Abb.) und S. 136 Abb. 2 (Siegelabb.). – Katalog Richard Löwenherz S. 386 Nr. 172 (Abb.).

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 873 Nr. 1 und 2. – Erath, Cod. dipl. Quedlinburgensis Nr. 20 (mit Textauszügen). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 170 Nr. 5. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 32. – Arnstedt in: Zs. des Harzvereins 4, S. 175 und S. 179 (Erwähnungen). – Janicke, UB Hildesheim 1, Nr. 711 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Bertram, Geschichte des Bisthums Hildesheim 1, S. 225 (Erwähnung). – Hänselmann, UB Braunschweig 2, S. 536 Nr. *46 (mit kurzem Textauszug). – Spier in: Harz-Zeitschrift 22/23, Nr. 44 (mit Textauszug und Wiedergabe der Zeugenreihe). – Streich, Klöster, Stifte und Kommenden S. 117 (Erwähnung). – BFW 511.*

Der Wortlaut des Testaments ist auch in der Narratio de morte Ottonis IV. imperatoris (ed. Martène – Durand) überliefert. Da tatsächlich mit großer Wahrscheinlichkeit davon auszugehen ist, dass mit dem in der Narratio überlieferten Text die Konzeptfassung des Testaments Ottos vorliegt, wurden die Lesarten der Edition desselben durch Martène – Durand (m) im Anmerkungsapparat berücksichtigt. Aus den sehr zahlreichen Varianten zu den Lesungen des Originals war eine Auswahl zu treffen. Es sind in erster Linie jene Lesarten ausgewiesen, durch die der Konzeptcharakter des Narratiotextes erkennbar wird.

In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei[a] gratia[a] Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis Heinrico fratri suo palatino comiti Rheni, ministerialibus[b] suis et universis burgensibus in Bruneswic et omnibus hoc scriptum intuentibus salutem[b] in eo, qui est salus

[a–a] *fehlt m*
[b–b] *fehlt m*

omnium. Que temporaliter acta sunt, ne instabilem[c] temporis sequantur naturam, testimonio literarum memorie[d] sunt commendanda. Nos igitur ob[e] remedium[e] anime nostre testamentum nostrum[f] facientes omni affectione, qua possumus, te frater Heinrice palatine comes Rheni rogamus, ut, si deus in[1] cuius ditione cuncta sunt posita[1], preceptum suum de nobis fecerit, ut universe carnis viam ingrediamur, quatinus pro amore dei et in ea fide, qua nobis hominio et fraternitate astrictus[g] es, sanctam crucem, lanceam et coronam, dentem[h] sancti Iohannis baptiste et imperialia insignia preter pallium nostrum, quod dandum est ad sanctum Egidium, viginti septimanas post descessum[i] nostrum conserves et nulli hominum sub celo representes, nisi ei, quem principes unanimiter elegerint et iuste, aut ei[j], qui nunc est electus, si principes in eum consenserint, et pro hiis representandis pro honore dei et nostra salute nullam acceptes[k] pecuniam, nisi nostrum et tuum patrimonium per ipsa[l] imperilia[m] possis requirere. Quod si non potest fieri, super gratiam ipsius, qui habiturus est regnum, que prefata sunt omnia, resignes. Rogamus etiam vos, fidissimi[n] ministeriales, sub fidelitatis debito et vos dilecti et fideles cives nostri in Bruneswic, ut hiis omnibus promovendis fideliter et efficaciter, sicut vobis confidimus, assistatis. Ad hec volumus, ut uxor nostra[o] cum dapifero Gunzelino et fidelibus nostris castrum Harlungeberch possideat, donec quicumque rex vel imperator est, aut[p] frater noster seu uxor nostra[p] dominabus in Waltingeroth[q] de expeditis bonis annuatim triginta marcas perpetualiter et immutabiliter assignet et eos, qui montis heredes sunt, a sua portione cedere fatiat per restaurum[r] ipsis[s] beneplacitum, tunc uxor nostra reddat castrum imperio aut[t] fratri nostro[t], sed si processum non habet de castro, ut pretactum est, volumus, ut castrum destruatur. Omnes reliquias, quas pater noster habuit et nos habemus, deo et sancto Iohanni baptiste et sancto Blasio in Bruneswic perpetualiter offerimus preter unum brachium, quod uxori nostre representabitur. Quicquid autem in auro et in gemmis et clenodiis habemus[u], damus uxori nostre. Castrum in Quidelingeburch destrui volumus, antequam abbatisse reddatur. Destructa[v] vero munitione locus cum ecclesia restituatur abbatisse[v] et

---

[c] instabilis *m*
[d] *fehlt m*
[e–e] pro remedio *m*
[f] *fehlt, wie nachfolgend auch mehrfach, m*
[g] ast *durch Fleck beschädigt A*
[h] te *durch Fleck beschädigt A*
[i] *so A, ursprünglich* discessum*,* i *sofort aus* e *verb., danach unterblieb wohl irrtümlich die Rasur des ersten* s*,* decessum *m*
[j] ipsi *m*
[k] accipias *m*
[l] *fehlt m*
[m] *so A*
[n] fidelissimi *m*
[o] mea dilecta mihi *m*
[p–p] *fehlt m*
[q] *über* a *ein überflüssiger waagrechter Strich A*
[r] restauratum *m*
[s] eis *m*
[t–t] *fehlt m*
[u] *fehlt m*
[v–v] *fehlt m*

nostrum frumentum, quod ibi est, et reliqua[w], quibus argentum comparari potest, abbatisse[x] et eius conventui dentur[y] pro remedio anime nostre[y] preter balistas, que dabuntur transmarinare volentibus, ut super hostes dei torqueantur, et annona, que Aschersleue ablata fuit, reddi debet hominibus et inter ipsos distribui. Iurabunt itaque Gunzelinus dapifer et Ecbertus filius suus[z], ut castrum Wallebeke teneant annum, infra quem terminum mittet ad apostolicum frater noster. Si in voluntate ipsius et eorum, qui heredes montis sunt, castrum habere potest cum salute anime nostre, representabitur fratri nostro castrum. Si non potest fieri cum salute anime nostre, castrum destruatur. Advocatiam nostram in Wallebeke, quam denariis nostris comparavimus, ipsius loci conventui offerimus[aa]. Castrum Hartisburch representabitur imperio et eidem cedet turris[bb], quam in eo construximus. Comites de Waldenberch habeant feodum suum, Luthardus de Meinershem feodum[cc] suum, Alardus de[dd] Burcthorp[dd] turrim[ee] suam cum feodo suo et alii, sicut ab imperio tenere debent, habeant[ff] feodum suum[ff]. Castrum Lewenberch reddatur[gg] Ottoni de Luneburch nepoti nostro, quia patrimonium suum[hh] est et eius cessit portioni. Castrum Varsfelde reddatur Gardolfo de[ii] Hathemersleue, sed[ii] si frater noster[jj] vult habere, dabit pro ipso centum marcas. Omnia bona nostra in Keuerlingeburch et ipsum[kk] locum[kk] cum[ll] ecclesiis[ll], cum agris, cum pascuis, cum pratis, cum silvis et piscaturis[mm] et cum omni illa integritate, qua[nn] hec[nn] et alia omnia ipsi loco[oo] contuleramus, deo et sancte Marie, sancto[pp] Iohanni[pp] baptiste et sancto Blasio in Bruneswic offerimus eo videlicet ordine, ut conventus de sancto Blasio statuat ibi sacerdotem, diaconum, subdiaconum, ut sint ibi divina in honore dei et beate Marie[qq] virginis indesinenter pro anime nostre salute, reliqua vero omnia ad prebendam suam utiliter[rr] convertant. Rogamus et te, frater karissime[ss], omni, qua possumus, intentione[tt] et[tt] diligentia, ut hanc nostram ordinationem firmam[uu] et[uu] inconvulsam teneas pro amore dei et nostra et tua salute, quoniam[vv]

---

[w] *fehlt m*
[x] *über* at *Loch in der Faltung A*
[y–y] *fehlt m*
[z] eius *m*
[aa] conferimus *m*
[bb] terris *m*
[cc] *fehlt m*
[dd–dd] *fehlt m*
[ee] terram *m*
[ff–ff] *fehlt m*
[gg] reddetur *m*
[hh] eius *m*
[ii–ii] *fehlt m*
[jj] meus *m*
[kk–kk] *durch Fleck beschädigt A*
[ll–ll] *fehlt m*
[mm] c *wohl verb. A*
[nn–nn] quam habet *m*
[oo] *fehlt m*
[pp–pp] sancto Iohan *durch Fleck beschädigt A*
[qq] *fehlt m*
[rr] *fehlt m*
[ss] *fehlt m*
[tt–tt] *fehlt m*
[uu–uu] *fehlt m*
[vv] quia *m*

speramus[ww] et[ww] credimus istud[xx] honestius esse deo et anime nostre[yy] et tue salubrius, quam prescriptus locus in eo statu, quo fuit, contra nostram salutem male periret. Ut autem hec nostra voluntas effectui[zz] mancipetur[aaa], ad laudem dei et ad salutem anime nostre hoc scriptum nostro sigillo corroborari fecimus omnem aditum malignandi usque quaque precludentes[bbb]. Huius rei testes sunt: Sifridus episcopus Hildeneshemensis, Conradus decanus, Conradus cantor, Conradus scolasticus, Heinricus de Tossem, Bertoldus canonicus sancti Mauricii[ccc], magister Marsilius canonicus sancte Crucis; laici vero: comes Heinricus de Waldenberch[ddd], Luthardus de Meinersheim, Gunzelinus dapifer, Alardus de Borhthorp, Wernerus de Lengethe, Bertoldus de Wetele(m)stide, Heinricus de Urethe, Rotherus de Velthe(m), Iohannes de Borne(m) et alii quam plures. Dat. Hartisburch XV kal. iunii[eee].

(SP.2.)[fff]

[ww–ww] *fehlt m*
[xx] hoc *m*
[yy] meæ *m*
[zz] effectum *m*
[aaa] acciperet *m*
[bbb] *danach fehlt das gesamte Eschatokoll m*
[ccc] c *verb. A*
[ddd] *davor Rasur eines Buchstabens mit Oberlänge, wohl auch* W *auf Rasur A*
[eee] n *auf Rasur von* l *A*
[fff] *grünes Wachssiegel an roten Seidenfäden.*

[1–1] *Est. 13,9.*

BFW 372. ***Musterurkunde***

Otto investiert Girardus Gandulfini, der vor ihm einen Berufseid ablegt, mit der Würde eines öffentlichen Notars.

Im bischöflichen Palast zu Bologna, 1216 Februar 10

Überliefert in mehreren Handschriften des Liber formularius des Rainerius de Perusio (B): Abschrift des 13. Jh. in der Kantonsbibliothek zu St. Gallen, Vadianische Sammlung, Ms. 339, p. 176–177 (B´). – Abschrift des 13. Jh. in der Biblioteca comunale zu Siena, Ms. H. V. 29 (B´´). – Abschrift vom Ende des 13./Anfang des 14. Jh. ebenda, Ms. H. V. 30 (B´´´). – Abschrift des 14. Jahrhunderts in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. nouv. acqu. 611, fol. 37r–37v (B´´´´).

Rainerii de Perusio Ars notaria, ed. Gaudenzi, S. 65 Nr. 42 aus B´´B´´´ und einer heute verschollenen Handschrift. – Die Ars notariae des Rainerius Perusinus, ed. Wahrmund, S. XXXV Anmerkung 1 aus B´.

Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 3, Nr. 77. – BFW 371.

Text und Inhalt des Notariatsinstruments sind frei erfunden.

Anno domini MCCXVI[a] die X mensis februarii intrantis, indictione IIII[b], presentibus domino archiepiscopo Colon(iensi)[c], domino duce[d] Bramante[d], domino[e] marchione Montisferrati[f], comite Guidone de Tuscia[g] et domino Salinguerra de Ferraria[h] totius Romaniole vicario testibus rogatis Bononie in palatio[i] domini[j] episcopi[j]. Otto[k] quartus Romanorum imperator[l] investivit Girardum Gandulfini[m] de castello Plumatio de officio notarie, ut amodo sit publicus notarius et ubique hoc officium exercendi licentiam habeat et liberam[n] facultatem. Quare dictus Girardus[o] corporaliter ad sancta dei evangelia iuravit, quod omnes contractus et instrumenta tam[p] publica quam[q] privata quos et que fuerit rogatus, scribet[r], ut a mandantibus audiet atque intelliget[s], nil addens nec[t] minuens eis sine licentia et voluntate facientium ea[u] scribi, et quod omnia scribet in membranis et non in cartis bonbicinis nec papiriis[v] vel membranis rasis aut

---

[a] MCCXIIII *B´B´´´´*
[b] II *B´*
[c] Colonie *B´´B´´´B´´´´*
[d–d] *wohl so oder* Bramanee *B´´´´,* Dulcebla *B´,* duce Braugnante *B´´,* duce Brauante *B´´´*
[e] *fehlt B´*
[f] de Missum *B´*
[g] Tusia *B´*
[h] Feraria *B´*
[i] pallacio *B´*
[j–j] communis Bononie *B´´´´*
[k] Octo *B´*
[l] *folgt* et senper *(!)* augustus *B´*
[m] Candolfini *B´*
[n] *folgt* potestatem et *B´*
[o] Guido *B´*
[p] *fehlt B´´B´´´´*
[q] tam *B´´´´*
[r] scriberet *B´´*
[s] intelligiet *B´*
[t] neque *B´*
[u] ea *mit Kürzungsstrich über* a *B´*
[v] rapinis *B´*

alias qualitercumque vitiosis et quod nec[w] attestationes nec[x] sententias alicui demonstrabit nec revelabit[y], nisi prius fuerint publicate[z] non pandendo alicui vel aliquibus credentiam sibi a quocumque commissam vel impositam, que ad hoc officium pertineat vel pertinere intendat. Et omnia singula, que tam scribendo quam legendo recte nec non et fideliter bona fide sine aliqua fraude vel dolo faciet ac exercebit, que ad artis[aa] huius[aa] officium noverit pertinere, pro cuius muneris collatione fecit se fidelem ipsius domini imperatoris. Ego Ran(ierius)[bb] imperialis aule notarius his omnibus interfui et eiusdem[cc] imperatoris mandato, ut supra legitur, subscripsi.

---

[w] neque *B´B´´´´*
[x] neque *B´B´´´´*
[y] revellabit *B´*
[z] publicata B´´B´´´B´´´´
[aa–aa] huius artis *B´*
[bb] Rainerius *B´´B´´´*, Ra. *B´´´´*
[cc] *davor* de *B´´B´´´*.

BFW 371. ***Musterurkunde***

Otto investiert seinen Getreuen Salvaticus von Perugia mit der Würde eines öffentlichen Notars, nachdem ihm dieser den Treueid geleistet hat.

Bologna, 1216 April 9

Überliefert in mehreren Handschriften des Liber formularius des Rainerius de Perusio (B): Abschrift des 13. Jh. in der Kantonsbibliothek zu St. Gallen, Vadianische Sammlung, Ms. 339, p. 175–176 (B´). – Abschrift des 13. Jh. in der Biblioteca comunale zu Siena, Ms. H. V. 29 (B´´). – Abschrift vom Ende des 13./Anfang des 14. Jh. ebenda, Ms. H. V. 30 (B´´´). – Abschrift des 14. Jahrhunderts in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. nouv. acqu. 611, fol. 37r (B´´´´).

Böhmer, Acta S. 222 Nr. 244 aus B´. – Rainerii de Perusio Ars notaria, ed. Gaudenzi, S. 65 Nr. 41 aus B´´B´´´ und einer heute verschollenen Handschrift. – Die Ars notariae des Rainerius Perusinus, ed. Wahrmund, S. XXXV Anmerkung 1 aus B´.

Bethmann-Hollweg, Civilprozeß 6/3,1, S. 171 Anmerkung 39 (Textauszug). – BFW 371.

Es handelt sich den Formulierungen nach mit Sicherheit um einen fingierten Text, der als Muster für die Beurkundung einer Notarseinsetzung in Form eines Mandats diente.

Octo[a] quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Cum nos multum presumamus de peritia et industria fidelis nostri Saluatici[b] Perusini civis, quod ipse nobis et imperio fidelis semper esse debeat et devotus necessariusque[c] communi multorum utilitati, universis fidelibus nostris facimus notum, quod nos eum[d] constituimus publicum tabellionem[e] de hoc officio ipsum investientes[f] recepto ab eo sacramento fidelitatis et plene securitatis. Dedimus ei[g] igitur[g] licentiam et plenam[h] et[h] liberam potestatem, ubilibet exercendi recte nec non et fideliter omnia, que ad huius artis officium noverit pertinere, mandantes et per gratiam nostram districte[i] precipientes, ut nullus[j] ipsum Saluaticum in dicti officii executione[k] impedire vel gravare presumat. Quod quicumque facere attentaret[l], indignationem[m] nostram se noverit graviter[n] incursurum. Ad cuius rei notitiam sacrum hoc[o] ei privilegium[p] indulgentes illud fecimus nostro principali signo[q] feliciter comuniri[r].

Dat. Bononie V id.[s] aprilis, indictione IIII[t], imperii nostri anno VII[u].

---

[a] *so B´B´´B´´´B´´´´*
[b] Salvantici *B´, fehlt B´´´*
[c] necesariusque *B´*
[d] fehlt *B´*
[e] tabelionem *B´*
[f] instituentes *B´´ B´´´*
[g–g] igitur ei *B´*
[h–h] *fehlt B´*
[i] stricte *B´*
[j] *folgt noch einmal* ut nullus *B´´´´*
[k] execucioni *B´*
[l] atntaret *mit Kürzungsstrich über* n *B´*
[m] indigrationem *B´´B´´´*
[n] *fehlt B´*
[o] *fehlt B´*
[p] privillegium *B´´´´*
[q] *so B´´´´ und B´´B´´´,* sig *mit* o *über* g *B´*
[r] commuri *B´´,* committi *B´´´*
[s] yd. *B´´ B´´´ B´´´´*
[t] III *B´*
[u] VI *B´´´.*